AKTA

GRODZKIE I ZIEMSKIE

Z CZASÓW RZECZYPOSPOLITEJ POLSKIEJ

z Archiwum tak zwanego bernardyńskiego we Lwowie

W SKUTEK FUNDACYI

śp. ALEKSANDRA hr. STADNICKIEGO

WYDANE STARANIEM

GALICYJSKIEGO WYDZIAŁU KRAJOWEGO.

TOM VII.

WE LWOWIE.

GŁÓWNY SKŁAD W KSIĘGARNI SEYFARTHA I CZAJKOWSKIEGO.

Z DRUKARNI NARODOWEJ W. MANIECKIEGO.

1878.

AKTA

GRODZKIE I ZIEMSKIE.

Wydano
z dubletów
B. U. W.

dubl. do 19664[7]
67265[7]
18.28.1.S.[7]
48.21.2.1.[7]=
bla 14.II.7
1880. mag

AKTA

GRODZKIE I ZIEMSKIE

Z CZASÓW RZECZYPOSPOLITEJ POLSKIEJ

z Archiwum tak zwanego bernardyńskiego we Lwowie

W SKUTEK FUNDACYI

śp. ALEKSANDRA hr. STADNICKIEGO

WYDANE STARANIEM

GALICYJSKIEGO WYDZIAŁU KRAJOWEGO.

TOM VII.

WE LWOWIE.

GŁÓWNY SKŁAD W KSIĘGARNI SEYFARTHA I CZAJKOWSKIEGO.

Z DRUKARNI NARODOWEJ W. MANIECKIEGO.

1878.

Wydano

PRZEDMOWA.

Tom VII Aktów grodzkich i ziemskich, który obecnie oddajemy do rąk publiczności, mieści w sobie tylko 121 dokumentów a mimo to przewyższa objętością swoją wszystkie poprzednie. Powód tego polega na tem, że nagromadzone tutaj dokumenta wymagały tak obszernych objaśnień i krytycznych uwag, jakich w żadnym z poprzednich tomów nie było potrzeba dodawać. Za to też umieszczone tutaj dokumenta — sądzimy — znaczeniem swem nie tylko dorównać mogą materyałom nagromadzonym w poprzednich tomach, ale je nawet znacznie przewyższają. Dokumenta królowej Maryi węgierskiej i ks. Władysława Opolskiego, przywileje odnoszące się do historyi biskupstw przemyskich obrządku łacińskiego i greckiego, protokół wyboru arcybiskupa lwowskiego po śmierci Jana Odrowąża z r. 1450 (nr. XLIX), wyjaśniający fakt dotąd zupełnie nieznany, akt konfederacyi szlachty ziemi lwowskiej i powiatu żydaczowskiego z miastem Lwowem z dnia 13. Grudnia 1464 r. (nr. LV i LVI), a wreszcie dokumenta multańsko-mołdawskie z archiwum lwowskiego, — wszystko to są, — zdaniem naszem — materyały pierwszorzędnej wartości, które znakomicie przyczynić się powinny do wyjaśnienia dziejów przeszłości kraju naszego.

Miłego przy tej sposobności dopełniamy obowiązku, składając publiczne podziękowanie następującym osobom i korporacyom: Wnemu drowi Franciszkowi Piekosińskiemu, który nie tylko dostarczył wydawnictwu kilku cennych odpisów, lecz prócz tego zajął się odcyfrowaniem i opisaniem 44 pieczęci zawieszonych u aktu konfederacyi z r. 1464, jako i uskutecznieniem przerysów dokumentów multańsko-mołdawskich w podobiznach do tomu tego dodanych, — Wnemu prof. E. Kałużniackiemu, który podjął się opracowania dokumentów mul-

tańsko-mołdawskich z archiwum miasta Lwowa, — Wnemu prof. E. Ogonowskiemu, który udzielał nam rady i pomocy przy trudnej korekcie textów ruskich, — Prześwietnym kapitułom przemyskim obrządku łacińskiego i greckiego, które z rzadką uprzejmością udzieliły nam do naukowego użytku cenne dokumenta z archiwów swoich, — a wreszcie Wnemu Mieczysławowi Błażowskiemu, który nie tylko dostarczył nam całego szeregu odpisów, lecz także staraniem i pośrednictwem swem umożebnił nam korzystanie z dokumentów archiwów miejskiego i kapitulnych w Przemyślu.

We Lwowie 1878 r.

W IMIENIU WYDAWNICTWA:

Oktaw Pietruski. *Dr. Xawery Liske.*

Dyplomataryusz.

I.

W Iterampnum 12. Maja 1232 r.

Grzegorz IX. papież poleca prowincyałowi zakonu Dominikanów i braciom tegoż zakonu Jakóbowi i Domasławowi, ażeby zbadali stan duchowieństwa na Rusi celem założenia tamże biskupstwa.

Gregorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . Priori [1]) Provinciali, Iacobo et Domaslao fratribus ordinis Predicatorum in Polonia commorantibus [*salutem et aposto*]licam benedictionem. Significante dilecto filio . . Gnezensi Electo nobis innotuit, quod cum in Ruscia, in qua . . . . . servatur, quam plures sint ecclesie Latinorum pastorem aliquem non habentes, nonnulli Biga . . . . . te, homicide ac alias multipliciter criminosi de diversis partibus convenientes ad ipsas in . . . . . antum ordinibus constituti exercere sacerdotalia officia in grave fidelium scandalum non . . . . . quorum conversationem execrabilem vita Latinorum detestabilis redditur et predictum ritum . . . . . venire ad obedientiam sedis apostolice contradicunt. Unde prefatus Archiepiscopus humiliter postulavit, ut in regione predicta creari episcopum mandaremus, per quem extirpatis vitiis ritus ibi catholicus propagatur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, eorumdem clericorum insolentia tam dampnabili instigata inquiratis sollicite de regionis statu et universis circumstantiis, que ad creationem episcopi videritis inquirenda et quod inveneritis, per vestras nobis litteras fideliter exponatis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Iterampni IIII. Idus Maii, pontificatus nostri anno sexto.

---

[1]) Nie potrzebuję pewno nadmieniać, że dwa punkty przed *Priori* znajdują się w oryginale i tak samo nieco dalej przed *Gnezensi*.

Dokument pergaminowy w arch. Dominikanów krakowskich w skutek zbutwienia tak uszkodzony, iż oprócz kilku mniejszych dziur wypadła jedna większa podłużna, idąca przez sześć wierszy, która w miejscach wykropkowanych tekst nadwerężyła. Na adresie tą samą ręką napis „*Gneznen*“. Odpis dokumentu tego w powyższy sposób opisanego dostarczył mi łaskawie dr. Fr. Piekosiński.

Dokument ten, o ile mi wiadomo, znany był dotąd tylko ze streszczenia podanego w *Bzovius Ann. eccl.* 1232, nr. 12, które brzmi tak: „Georgius Jacobo Crescentio Provinciali et F. Domaslao ordinis praedicatorum provinciae Poloniae commiserat potestatem inquirendi statum circumstantiasque regionis et nationis Ruthenarum caeteraque omnia, quae ad institutionem episcopi pertinere videbantur. Dedit ea de re utrique literas Interamnae IV. Cal. Maii pontif. anno 6. quarum initium est: Significante dilecto filio Gnesnensi electo etc.“ Jest to widocznie treść naszego dokumentu, ale z ważnemi błędami. Najprzód brewe nasze nie jest wystosowane do Jakóba Crescentiusza prowincyała i Domasława zakonnika, lecz do niewymienionego z nazwiska prowincyała i do braci Jakóba i Domasława. Powtóre pobałamucił Bzowski datę, napisał bowiem *Cal. Maii* zamiast *Idus Maii*. Bzowski wprowadził potém w błąd innych pisarzy a nawet najnowszego *dra. Reifenkugla* (*die Gründung der römisch-katholischen Bisthümer in den Territorien Halicz und Wladimir. Wien 1874*), który (str. 16) podaje brewe to pod 28. Kwietnia 1332 (co jest niewątpliwie błędem drukarskim zamiast 1232) i idzie w ogóle za Bzowskim. Prowincyałem Dominikanów polskich zaś w tym czasie nie był wcale Jakób Krescencyusz, lecz Gerard z Wrocławia, jak zgoła trafnie twierdzi *Barącz*, *Rys dziej. zakonu kaznodziejskiego w Polsce* I., 75—77, nie dając się zwieść wiadomości Bzowskiego wyrażonéj w jego *Annal. eccles.* i w drugiém dziele *de rebus Prov. Polon.*

II.

W Lateranie 12. Maja 1234 r.

Grzegorz IX. papież upoważnia Dominikanów udających się na Ruś do słuchania spowiedzi tam przebywających katolików i udzielania absolucyi nawet exkomunikowanym.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis fratrum Predicatorum in terras Ruthenorum et Paganorum proficiscentibus salutem et apostolicam benedictionem. Cum messis multa sit, operarii vero pauci, evangelicus ille paterfamilias in messem suam operarios adhuc mittit, et in hac quasi undecima hora vinee sue novos deputat vinitores, quorum laborem pari cum primis denario recompenset. Cum igitur in terris Ruthenorum aliorumque infidelium vobis sit animarum sollicitudo commissa, ut illius operante clementia, qui de lapidibus potest abtas (*sic*) filios suscitare, verbo et exemplo proficiatis ibidem, et ex . . . . . es in invia reducatis ad viam, nos considerantes,

quod ministerium vestrum diligenter implentes, vos operarios inconfusibiles exhibetis (*vici*)-orum sentes extirpare de agro domini satagendo, propter quod indubitatam de vobis fiduciam obtinemus, ut qui spiritu vivitis s..... ambuletis et de doctrina et conversatione vestra flores et fructus proveniant gratiores, devotioni vestre presentium auctoritate concedimus, ut in terris illis vobis sit licitum christianorum ibi morantium de prelatorum suorum consilio dummodo sint catholici et alioqu..... accedentium confessiones audire ac eis penitentiam iniungere salutarem, et ipsis si aliquibus excommunicationum sententiis sunt astricti..... satisfactione premissa beneficium absolutionis iuxta formam ecclesie impertiri, ita tamen, quod christianis ad partes illas accedentibus huiusmodi absolutio non nisi in necessitatis articulo impendatur et tunc iniungatur eis, quod de iure fuerit iniungendum. Liceat quoque vobis cum vestri ordinis fratribus super irregularitate, nisi adeo sit enormis et gravis, quod ea notati ad sedem essent apostolicam transmittendi, provide dispensare, ac alia facere, que ad conversionem infidelium et salutem pertinere noveritis animarum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani IIII. Idus Maii, pontificatus nostri anno octavo.

Dokument pergaminowy w arch. Dominikanów krakowskich zniszczony znacznie w skutek wilgoci, tak iż na zagięciu środkowem wybutwiała dziura, zaś atrament w wielu miejscach powypryskiwał. Na paśmie żółtego i pąsowego jedwabiu wisi ołowiana bula papieża Grzegorza IX. Odpis dokumentu tego w powyższy sposób opisanego dostarczył mi łaskawie dr. Fr. Piekosiński. O brewe tém nie znajduję wzmianki u Barącza, rys dziej. zakonu kaznodziejsk. w Polsce, jako i w innych publikacyach.

III.

W Orvieto (apud urbem veterem) 13. Stycznia 1283 r.

Marcin IV. papież zatwierdza wszystkie przywileje nadane zakonowi Augustynów w Miechowie.

Martinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . preposito [1]) et capitulo domus dominici sepulcri de Mecouia ordinis Sancti Augustini Cracoviensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium

[1]) Dwa punkta przed *preposito* znajdują się w oryginale.

precibus favorem benevolum impertiri, quapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus sive per privilegia seu alias indulgentias vobis et domui vestre concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem domui auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. .Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit ncursurum. Datum apud urbem veterem Idibus Ianuarii pontificatus nostri anno secundo.

Oryginał pergaminowy w zakł. nar. im. Ossol. nr. 740; pieczęć oderwana.

IV.

W Orvieto (apud urbem veterem) 13. Stycznia 1283 r.

Papież Marcin IV. poleca dziekanowi sandomirskiemu odzyskanie dóbr zakonu Św. Augustyna w Miechowie, temu zakonowi nieprawnie odebranych.

Martinus episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . decano ecclesie Sandomiriensis, Cracoviensis diocesis, salutem et apostolicam [1]) benedictionem. Dilectorum filiorum prepositi et capituli domus dominici sepulcri de Mecouia ordinis sancti Augustini Cracoviensis diocesis precibus inclinati presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis eiusdem domus alienata inveneris illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsius domus studeas legitime revocare. Contradictores per censuram ecclesiasticam appelatione postposita compescendo, testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel amore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum apud urbem veterem [2]) Idibus Ianuarii pontificatus nostri anno secundo.

Dokument oryginalny na pergaminie z urwaną pieczęcią w Zakładzie im. Ossolińskich nr. 771.

---

[1]) Dwa ostatnie wyrazy dwa razy powtórzone.

[2]) Urbs vetus vulgo Orvieto vocant, powiada Nakielski, Miechowia, str. 187. Nakielski zresztą nie zna tego, ani poprzedniego przywileju papieskiego.

V.

W Starym Sączu 6. Listopada 1334 r.

Konstancya, niegdyś księżna głogowska, teraz zakonnica w klasztorze Klaryssek w Sączu, nadaje Dominikowi synowi Wacława i Sestremilowi las nad rzeczką zwaną Pobyedniszcza dla osadzenia go na prawie magdeburskiem wsią Sławikowa Wola zwaną.

In Nomine Domini Amen. Quoniam ebes est memoria humane conditionis et in actibus suis sepe probatur fore instabilis, ideo expedit, ut facta nobilium et innobilium, que in tempore rite aguntur, apice literarum futurorum noticie deducantur, igitur notum fore cupimus universis presentibus et futuris, quod nos Dei gratia domina Constancia [1]), illustrissimi principis domini Regis Kazimiri, Regis tocius Polonie neptis, olim ducissa Glogoviensis, nunc vero sub habitu alme virginis Clare in monasterio Sandeciensi domino cupiens celibatum dedicare, una cum consensu et voluntate domineque sororis Katharine, dicte Odolani, tunc abbatisse et omnium nostrarum aliquos redditus domus nostre ampliare de maturo et sano consilio sororum cenobii memorati cupiens, ex sterilitate silvarum nostrarum ac assensu domine Hedwigis, regine Polonie, amite nostre carissime, felicis recordacionis domini regis Wladislai relicte, et aliorum nobilium virorum contulimus et dedimus viris discretis Dominico, filio Wenceslai, et Sestremilo quandam nostram silvam, sitam super rivulum, Pobyedniszcza vulgariter dictum, prout se extendit incipiendo a metis ville nostre Sdbykowycze materna lingua nominate inter metas seu granicies Wronowycze, Skratla, Mączyna *(sic* ą) et inter gades ville nostre Cobilczina, ut ibi locent villam dictam Slauykowa Wolya [2]) nuncupatam iure Theutunico, sub forma iuris Maydemburgensis, ad duodecim mansos franconicos. Et in ea sint sculteti ipsi et eorum liberi ac legittimi successores plenum ius scoltecie in evum sorcientes, et ut facilius villicentur, omnibus incolis, qui in ipsa hereditate suum fixerint incolatum, decem et octo annorum omnimodam et plenam eis concedimus libertatem ab omnibus incomodis, solucionibus et contribucionibus ac serviciis, ad nos spectantibus, in decursu dicte libertatis facientes eos exemptos et immunes; de quibus duodecim laneis dictis nostris scultetis et ipsorum posteritati damus

---

[1]) Imię to powtórzone.

[2]) Zbikowice, Wronowice, Skrzętta, Męcina, Kobylczyna, Słowikowa miejscowości blizko siebie położone w Nowosądeckiém.

unum mansum liberum prorsus et immunem pro comuni via et pascuis, medium mansum liberum addantes etenim ipsis iam dictis scultetis nostris de gratia speciali liberum in pretacto rivulo construendo thabernam liberam, bazeatorium (*sic*) liberum, unum maccellum carnificum et unam calcibancam libere possidenda, plane [1]) prohibentes, ne homines nostre domui obnoxios ullatenus ad villam prehabitam mansionaliter recipiant seu locent. Conferimus nichilominus nostris nominatis scultetis et eorum posteris villarum liberum (*sic*) et eciam eis conferimus et incolis eiusdem ville pascua, apum procreacionem, venacionem in longitudine et latitudine hereditatis memorate liberam exercere facultatem, iure tamen nostri dominii pro nobis plenarie reservato. Post evolucionem vero libertatis prelibate, dimensionemque laneorum per nostrum nuncium factam, de quolibet manso franconico quivis colonus nobis et nostro monasterio octo scotos usualis monete die beati Martini episcopi singulis annis racione debiti censualis, omni occasione semota, solvere teneatur, de quo censu nobis quinque partibus presentatis scolteti cum posteritate sua sexta parte perfruantur. Volumus denique, ut prenominati nostri scolteti Dominicus et Sestremilus ac eorum successores omnes causas, que in ipsa hereditate emerserint, mediantibus suis iuratis, suo iure Theutunico iudicent et sine debito determinent. Nec alibi incole ville dicte respondere teneantur, nisi coram suis scoltetis iure suo Theutunico, exceptis causis difficilibus et enormibus, que ad iudicium nostre curie spectabunt, suo tamen iure Theutunico iudicande. Si qui vero ob culpam sui reatus seu criminis capitale (*sic*) seu mutillacionis meruerint sentenciam, in ipsius hereditatis districtu iure concesso puniantur. Sed si quis dictos scultetos aut successores eorum ob aliquam causam citare voluerit literis nostris sigillo nostro sigillatis ad iudicium curie nostre, eum vel eos ad respondendum iure iam dicto evocabit, alias aut aliter citatus seu citati nec parere nec respondere teneantur; iudicia denique magna, que ter in anno per provinciales iudices presidere seu iudicare solent, nisi noster nuncius ad hoc deputatus presideat, soli scolteti dicta iudicia nullatenus iudicare presumant, cui etenim nostro nuncio iure Maydemburgensi cum iuvamine kmethonum expensas ministrare teneantur de iudiciis iudicatis seu questibus iudiciorum nobis duabus partibus assignatis, scolteti et eorum posteri partem percipiant terciam; ad expedicionem generalem et ad servicia legacionum nostrarum explenda eodem iure fruencium parere et deservire teneantur. Expletis itaque annis libertatis premisse, scolteti cum suis villanis honores et alia omnia servicia et iura, prout ius Maydemburgense exoptat et exigere consuevit, nobis et nostre domui exhibere et ministrare ac adimplere teneantur, omni dilacione postposita. Dedimus preterea nostris pluries nominatis scoltetis et ipsorum

---

[1]) Wyraz później dopisany na wyskrobanem miejscu.

utriusque sexus legittimis successoribus prenotatam scoltetiam cum omni iure pretacto possidendam, vendendam, commutandam, donandam et utlibet a se alienandam de nostro tamen scitu et voluntate seu favore. In cuius rei testimonium presentes nostri conventus sigilli munimine fecimus roborari. Actum et datum in Antiqua Sandecz, civitate nostra, annò domini millesimò tricentesimo tricesimo quarto, presentibus hiis annotatis: domino Pribyslao dicto Zabka, tunc procuratore nostro, domino Iacobo dicto Gladisch, tunc procuratore domine regine, domino Stiborio dicto Iasczorka, domino Isaac, tunc iudice Sandeciensi, domino Iohanne, dicto Gąmka (*sic* ą), domino Pribcone et aliis quampluribus fidedignis. Data per manus domini Victoris plebani dicte nostre civitatis, tunc notario (*sic*) nostro (*sic*), indiccione septima [1]), octavo Idus Novembris.

Pergaminowy dokument w Zakł. nar. im. Ossolińskich nr. 778. Zawieszone były dwie pieczęci, które zaginęły wraz ze sznurkami, na których wisiały. Pismo dokumentu tego nie zgadza się zupełnie z czasem, w którym dokument miał być pisany, jest to pismo przypominające prędzej drugą połowę a nawet koniec wieku XV. aniżeli pierwszą XIV. Kształt dokumentu taki jak notaryackich, wysoki a wązki. Ze zewnętrznych znamion możnaby zatem dokument ten uważać za podrobiony. Treść atoli nie wskazuje zdaniem mojem na fałszerstwo. Tylko jedna indykcya nie jest dokładna, błąd, który się często powtarza nawet w dokumentach niewątpliwej autentyczności. Sądzę zatem, ze text dokumentu nie jest podrobiony, lecz tylko później przepisany, za czem zdaje się przemawiać także pisownia a mianowicie Mączyna i Gąmka przez przekreślone *a* pisane. Tej przepisanej kopii nadano potem pozór oryginału, zawieszając pieczęci. Że bowiem zawieszone tu były dwie pieczęci, na to wskazują wyraźne ślady pozostawione od sznurków, prócz wyciętych 6 dziurek, po trzy w trójkąt. W dokumencie samym jest mowa tylko o jednej pieczęci.

VI.

W Sandomierzu 2. Lutego 1346 r.

Kazimierz Wielki nadaje Cedronowi wieś Witkowice i pozwala urządzić ją na prawie magdeburskiem a oraz darowuje mu las w celu wykorczowania i osadzenia.

In Nomine Domini Amen. Que magnifica Regum decrevit auctoritas, digne ea str. 65 obtinent robur perpetue firmitatis, proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cviauie, Pomoranie Russieque dominus

[1]) Na rok 1334 przypadała indykcya druga a nie siódma, jak tutaj powiedziano.

et heres notum facimus omnibus et singulis, tam presentibus quam posteris, presencia inspecturis, quod volentes regni nostri utilitatis per extirpacionem silvarum in terra nostra Sandomiriensi reducere condicionem, discreto viro nostro fideli Cedroni dicto, sibi et suis heredibus et successoribus legittimis damus silvam nostram in fluvio dicto Brzeznycza ad locandam novam villam, cuius granicia et meta incipit a fluvio dicto Opydowa transeundo circa Vyetowycze (*sic*) ex utraque parte fluvii Brzeznycza ambo litora usque ad ipsum Ostrow et ab Ostrow usque ad paludem vulgariter do Lugv vel Czysowe Lawy usque ad Thvshynia, ut autem ex predicta et silve extirpacione nobis fructus provenient [1]), concedimus predicto nostro fideli et suis legittimis locandi mansos quadraginta vel quot magis poterint extirpare seu locare iure Theutunico [2]), quod vulgariter Maydemborgense dicitur. In qua
str. 66 villa | damus predicto nostro fideli Cadroni (*sic*) et suis legittimis successoribus sculteciam cum quatuor mansis liberis perpetue ac iure hereditario omnimode habendam, tenendam, possidendam, commutandam, vendendam, pro sua et suorum posterum utilitate convertendam, ut sua et suorum voluntas melius decreverit. Pro eclesia vero unum mansum et unum ortum liberum et alium pro pellendo grege, quod vulgariter Skothnycza nuncupatur, libere assignamus et de manso seu laneo per unam mensuram siliginis et aliam avene. Damus eciam predicto nostro sculteto sextum denarium census et de omnibus proventibus nostris censuum sextam partem predictus scultetus habebit et de omni re iudicata sive in parvis sive in magnis iudiciis tercium denarium et duas thabernas liberas et unum molendinum cum quatuor rotis in fluvio dicto Brzeznycza, piscinas liberas, quotquot possent et possunt fieri ex omni parte ville, prata, pascua, rubeta libera et quatuor ortulanos cum quatuor ortis liberis et licebit predicto eciam nostro sculteto habere piscaturas piscium et vena-
str. 67 ciones ferarum tam parvarum quam magnarum, aucupacionem avium | in omnibus nemoribus et locis predicte ville Vythkowycze [3]) pro sua utilitate et infra limites sue hereditatis usque ad fluvium dictum Thvshynia mellificia faciendi in ipsa hereditate in omnibus graniciis dicte ville Wythkowycze, que omnia et singula ipso predicto nostro sculteto ac suis legittimis heredibus debent esse libera perpetueque liberamus scultetum, kmethones et quoslibet incolas ville predicte Wythkowycze de omnibus iuribus, iudiciis et potestatibus omnium pallatinorum, capitaneorum, castellanorum, iudicum, officialium quorumcunque, ita ut coram eis aut aliquo eorum cittatus pro causis tam magnis quam parvis, puta furti,

---

[1]) Wyraz ten pisarz opuścił i dopiero później dopisał na marginesie, dając między słowami *fructus* a *concdimus* znak, iż go tutaj wpisać należy.

[2]) W rękopisie: *iure ac nostro Theutunico.*

[3]) Tej nazwy mamy kilka wsi w województwie sandomirskiem. Sądzę, że przywilej ten odnosi się do Witkowic w pobliżu Sędziszowa, zobacz *Liber Beneficiorum* II., 280.

sanguinis, homicidii, ipse cum suis incolis minime respondebit, kmethones et incole ville predicte coram eorum sculteto vel suo viceadvocato, solus vero scultetus coram nobis, dum tamen per nostram literam nostro sigillo sigillatam cittatus fuerit, tunc de se querulantibus non aliter quam suo iure Thevtunico Maydburgensi respondebunt, in causis criminalibus et capitalibus predictus scultetus plenam et omnimodam facultatem habebit iudicandi, puniendi, sentenciandi, condemnandi, | non aliter, nisi, suo iure Thevtunico Maydenburgensi, str. 68
secundum quod demeruerit in parvis et in magnis rebus. Damus eciam predicto sculteto et kmethonibus in villa dicta Wythkowycze manentibus silvam liberam usque ad fluvium Thvshynia; scultetus vero, qui pro tempore fuerit, ad expedicionem nostram generalem nobis debet dare unum equum pro tribus marcis, kmethones vero expirata libertate viginti annorum concessa quilibet eorum de quolibet manso pro censu singulis annis unam marcam solvere tenebitur et unam mensuram avene, duos pullos, duos caseos et duodecim owa pro censu sunt solvere astricti (*sic*). Pro omnibus contribucionibus, exaccionibus, expedicionibus dacionibus, laboribus, angariiis, equitaturis, vecturis, quibuscunque nominibus nominentur, pro decima tres scotos dare tenebuntur. In quorum omnium testimonium et evidenciam clariorem nostrum sigillum duximus presentibus appendendum. Datum Sandomirie in die Purificationis Marie Virginis anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo sexto, presentibus his | testibus domino Hermano Procuratore Terrestri, Iohanne Castellano Woyny- str. 69
ciensi, domino Spytkone Cracouiensi, domino Dobeslao Cracouiensi, Wylczkone Sandomiriensi Subdapiferis, domino Iohanne Iura [1]) et aliis fidedignis.

Odpis dokumentu tego ręką pierwszej połowy XV. wieku znachodzi się w manuskrypcie biblioteki Zakładu nar. im. Ossolińskich pod nr. 1873 od str. 65—69. Potém po małym odstępie następuje tą samą ręką zapiska zanadto ważna, abyśmy ją tutaj pominąć mogli. Brzmi ona jak następuje

---

[1]) Świadkowie tak są podani w rękopisie: *domino Hermano Procuratore Terrestri, castellano Woynyciensi domino Spytkone Tharnowiensi, domino Dobeslao Cracouiensi, Wylczkone Sandomiriensi, domino Iohanne Iura.* Szereg ten dygnitarzy przypada rzeczywiście na rok 1346, lecz jest w rękopisie widocznie pobałamucony, starałem się nadać mu w texcie kształt, który zdaniem mojem mieć powinien. Tytuł pierwszego świadka, którego zwykle nazywają *procurator cracouiensis* lub *generalis*, zadziwiać nas nie może. *Procurator terre generalis* pisze on się n. p. w kod. dypl. małopolsk. str. 249. — Przy świadku drugim opuszczono widocznie imię, które w texcie dodałem. Świadek trzeci Spytek jest to kasztelan krakowski, *Tharnouiensi* zamieniłem na *Cracouiensi*, Spytek czyli Spycymir nigdy się Tarnowskim nie pisał. Mylka powstała tutaj zdaniem mojem ztąd, że kopista wpisujący dokument ten do książki będącéj nie tylko własnością, ale nawet pewnym podręcznikiem Melsztyńskich chciał tym sposobem na pewne oznaczyć, że mowa tutaj o członku tej rodziny. Dwom następnym świadkom Dobiesławowi i Wilczkowi dodałem godność, którą wtedy piastowali. Dziwno jeszcze, że ostatniemu świadkowi Janowi Jurze nie dodano w dokumencie godności podkomorzego krakowskiego. — Nie sądzę, żeby dokument ten był fałsyfikatem mimo tych mylek, lecz przypisuję je niestaranności i bałamutności kopisty. Uderza jednak jeszcze szyk tych świadków: Herman wysunięty na samo czoło, kasztelan wojnicki przed krakowskim, lecz wtedy jeszcze porządek godności w szeregu świadków nie jest ściśle zachowywany.

Anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo dominus Spyczmirus, castellanus Cracouiensis, fundavit castrum Melsthin et eclesias quamplures ibidem pertinentes. Quiquidem dominus Spiczmirus castellanus Cracoviensis obiit feria tercia post dominicam Iudica (27. Marca) *anno domini millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo.*

Otrzymujemy ztąd datę śmierci Spycimira protoplasty Melsztyńskich i Tarnowskich, która dotychczas znaną nie była. Porównaj Szajnochy Jad. i Jag. wyd. 2. II. str. 34.

VII.

W Drugnie 24. Sierpnia 1368 r.

Kazimierz Wielki potwierdza na żądanie Jana Kmity z Wiśnicza, starosty ruskiego, sfałszowany przywilej księcia Bolesława Wstydliwego z dnia 16. Listopada 1286 r., rozszerzając nadane tym przywilejem prawa nawet na dobra Jana Kmity w przyszłości nabyć się mające.

In Christi Nomine Amen. Quoniam ea, que in tempore aguntur, ne simul cum tempore pereant, necesse est, sollempni literarum titulo, fidedignorum testimonio ad perpetuam rei memoriam roborari, proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomoranie Russieque dominus et heres notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod in nostra baronumque nostrorum constitutus presencia nobilis strenuusque miles dominus Iohannes, dictus Kmytha, heres de Wysznicze, capitaneus terre nostre Ruşsie, nobis fidelis et dilectus, privilegium predecessoris nostri Boleslai, olim ducis Cracouie, sub ipsius vero sigillo nostre magestati exhibuit, supplicans humiliter, quatinus dictum privilegium nostris regalibus literis confirmare, ratificare et innovare dignaremur de nostra gracia ac benignitate speciali. Tenor vero dicti privilegii de verbo ad verbum noscitur et erat talis:

In Nomine Domini Amen. Cum res gestas aboleat processus temporum, confirmat illas sollempnis titulus literarum. Noverit igitur tam presens etas, quam futura posteritas, quod nos Boleslaus, Dei gratia Dux Cracouie, Sandomirie, Syradie et cetera ob fidelia multipliciaque obsequia, que nobis strenuus miles, dominus Oceslaus, heres de Wysznicze, multipliciter exhibuit et auctore domino exhibere poterit in futurum, ipsum Oceslaum cum sua posteritate necnon familiam, kmethones, thabernatores, molendinatores et quoslibet incolas in hereditatibus seu villis suis infrascriptis et earum silvis aut mericis, locatos et locandos, videlicet in Conussza, in Damyanicze, in magno et parvo

Wysnicze, in Lipnicia, in Lomna, in Cobila et in Pogors [1]) ab omnibus iudiciis, iurisdiccionibus et potestatibus omnium .. palatinorum, .. castellanorum, iudicum et subiudicum universorus ac officialium eorundem absolvimus, eximimus et perpetuo liberamus ita, quod coram eis vel eorum aliquo pro c(*ausis*) tam magnis quam parvis citati minime respondebunt, sed tantummodo predictus miles et sui successores coram nobis aut in iudicio nostro generali, dum per literam nostram nostro sigillo sigillatam evocati fuerint suo iure militari, kmethones autem necnon tabernatores, molendinatores et omnes incole iam dictarum hereditatum coram suis .. sculthetis iure Theutonico Franconico, .. scultheti vero coram eorum domino eodem iure Franconico aut in nostro iudicio Theutonico in casu, in quo dominus ipsorum in reddenda iusticia negligens repertus fuerit, de se querulantibus respondere tenebuntur. In causis autem criminalibus et capitalibus, puta furti, sanguinis, homicidii, membrorum mutillacionibus et aliis quibuscunque .. sculthetis earumdem hereditatum iudicandi, sentenciandi, puniendi et condempnandi plenam, meram et omnimodam concedimus facultatem secundum quod dictum ius Franconicum in omnibus suis articulis postulat et requirit. Preterea sepedicti militis nostri domini Oceslai benemerita nos inducunt, ut sibi et suis successoribus ampliorem graciam faciamus, ut ceteri ad similia servicia dominorum suorum spe future retribucionis provocentur, omnes .. kmethones, .. thabernatores, molendinatores et incolas universos in sepedictis .. hereditatibus degentes ab omnibus solucionibus, exaccionibus, collectis, contribucionibus, laboribus, necnon a solucione frumentorum, que dicitur sep, a vacca, a bove, a porco, ab ove, a sstan, a przevod, a stroza, et ab angariis et preangariis universis, quibuscumque vocabulis seu nominibus nuncupentur, liberos facimus perpetuis temporibus et exemptos. Insuper damus eidem domino Oceslao et suis successoribus unum centenarium de sale grosso et unum coretum de sale minuto in zuppa nostra Bochnensi pro sua coquina qualibet septimana perpetuo tollendos et recipiendos sine cotradiccione alicuius. In quorum omnium testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus literis est appensum. Actum et data Cracouie sub anno domini millesimo CCLXXXVI., XVI. kalendas Decembris, presentibus Laurencio Iudice Cracouiensi, Woyslao Castellano de Brzesk, Adam Camerario ducisse, Iohanne Agazone Cracouiensi, Iohanne Agazone Sandomiriensi, Nicolao herede de Negowa et aliis multis fidedignis, tam clericis quam laicis tunc in nostra curia congregatis [2]).

---

[1]) Wymienione tutaj miejscowości są to następujące: Wiśnicz nowy, miasto, Wiśnicz mały i Wiśnicz stary, wsie w Bochnieńskiem, tak samo wsie Lipnica dolna, górna i murowana, Damianice, Łomna, Kobyła. Pogórska Wola wieś w Tarnowskiem, Pogórza tam dzisiaj nie ma. Koniusza wieś parafialna w pobliżu Proszowic, należała niegdyś tak samo, jak Wiśnicz do dziekanatu wielko-kazimirskiego. Zob. Liber beneficiorum Długosza II., 169.

[2]) Dokument ten jest falsyfikatem zbyt nie zręcznym, żebyśmy mieli mieć potrzebę wdawania się w obszerne wywody jego nieautentyczności. Już te dwie okoliczności, że Bolesław Wstydliwy w r. 1286 od siedmiu lat nie żył, zmarłszy r. 1279, i że nigdy nie mógł używać i nie używał tytułu „dux Cracovie, Sandomirie, Syradie et cetera," bo był tylko i pisał się tylko krakowskim i sandomirskim, są dostatecznymi dowodami jego nieautentyczności, pomijając różne inne, jakie nastręcza treść, aktykacya, sposób umieszczania owych dwóch punktów, tak często w tym dokumencie podawanych, tytułowanie świadków i t. d. Musiał mieć p. Kmita wielkie poparcie w kancelaryi króla Kazimierza, kiedy mu potwierdzono tak nędzny falsyfikat. Podaję ten dokument tutaj, aby pokazać jak nieraz ufać nie można autentycznym królewskim potwierdzeniom, nawet chronologicznie tak zbliżonym do czasów transsumowanego dokumentu, jak dokument powyżéj podany. Wypadało go także podać i z tego powodu, ponieważ z za-

Nos itaque memorati domini Iohannis Kmythe, militis nostri fidelis, capitanei terre nostre Russie, ut prefertur, dignis peticionibus annuentes, memoratum privilegium ducis Boleslai cum omnibus clausulis et articulis in eo positis et expressis ex certa nostra sciencia approbamus, innovamus et confirmamus per omnia, graciose volentes nichilominus, ut supradicte gracie, iura, exempciones et eciam libertates, non solum ad hereditates superius nominaliter expressatas, sed etiam ad omnes alias, quas quocumque titulo seu modo assecutus est vel in futurum assequetur, perpetuis temporibus extendantur. Ut autem omnia premissa robur perpetue firmitatis optineant (*sic*), presentes conscribi iussimus et nostri sigilli appensione communiri. Datum in Drugna [1]) in die beati Bartholomei apostoli gloriosi anno nativitatis domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, presentibus dominis, magnifico duce Allexandro Coriati, Wilczkone Castellano, Pelca Iudice Sandomiriensibus, Predborio Subdapifero, Msczugio Subcamerario et Andrea Subiudice Cracouiensibus.

---

twierdzenia kazimierzowskiego wynika, że Jan Kmita w r. 1368 już widocznie był w posiadaniu majętności wymienionych w tem rzekomo bolesławowskiem nadaniu.

[1]) Co do oznaczenia tej miejscowości mogłaby zachodzić pewna wątpliwość. W kronice Janka z Czarnkowa (Bielowski, Mon. Pol. Hist. II., 635) czytamy, że Kazimierz W. testamentem swym przekazał na własność synom swym z nieprawego łoża miejscowości: „*Cutaw, Puznicz, Drugram et alias villas.*“ Tak napisał wydawca tej kroniki Jan Szlachtowski w texcie, w odmiankach zaś czytamy, że kodex VI. ma *Drugiam* zamiast *Drugram*. Sądzę, że lekcya przyjęta do textu przez Szlachtowskiego nie jest poprawna i właściwa, zamiast *Drugram* zdaniem mojem stać powinno *Drugnam*. Długosz bowiem (Hist. Pol. III., 321 wyd. krakowskiego), który mógł się wydawcy kroniki Janka przydać do restytucyi textu pobałamuconego w tém miejscu dość znacznie, Długosz, który używał jak wiadomo kroniki Janka, pisze w tem miejscu: „*villas Cuthaw, Iurznicz et Drugnia.*“ Sądzę zatem, że ta miejscowość zapisana synom nieprawym nazywała się Drugna lub Drugnia a nie Drugra, jak czytamy w wydaniu kroniki Janka. Jest to zdaniem mojem właśnie ta Drugna, w któréj Kazimierz W. wydał oddrukowany powyżej dokument. Gdzie zaś ta Drugnia leży, o tém dowiadujemy się z Długosza *Liber beneficiorum*, gdzie pomiędzy wsiami parafialnemi leżącemi w obwodzie probostwa wiślickiego czytamy (tom II., 389 i 392) także Drugnię (Drugnya) jako wieś, wtedy kiedy Długosz pisał swoje dzieło, królewską, położoną w pobliżu miast Szydłowa i Pierzchnicy. Wieś ta nazywa się i dzisiaj Drugnia obwód stopnicki, powiat szydłowski. Podobną albo nawet zupełnie tak samo brzmiącą nazwę napotykamy wprawdzie także w innych stronach dawnej Rzeczypospolitej polskiej, lecz o tych miejscowościach myśleć tutaj nie możemy. I tak spotykamy także w *Liber benef.* wieś *Droginya* zwykle przez Długosza zwaną (II., 183—185. III., 32, 33, 49, 50, 116, 434, 441—443). Raz jeden tylko (III., 49) nazywa ją Długosz *Drugynya*, co jest prawdopodobnie może tylko fałszywie odczytane za *Drogynya*, jak zresztą zawsze Długosz pisze. Wieś ta leży dzisiaj w powiecie myślenickim i nosi nazwę tę samą Droginia. — Wreszcie czytamy jeszcze u Długosza (Hist. Pol. III., 554 wyd. krak.) pod rokiem 1403, że Władysław Jagiełło nadał Świdrygielle Podole, ziemię żydaczowską, *item districtus Strij, Schydlow, Stobniczam, Drugnyam, Uscze.* Nie wchodząc w kwestyą, o ile wiadomość ta jest dokładną lub niedokładną (zobacz o tém K. hr. Stadnicki, Synowie Gedymina I., str. XXXVIII. nota 171 i 172), zaznaczam jednak, że i tutaj ma Długosz niewątpliwie na myśli tę samą Drugnię, w któréj Kazimierz W. wystawił oddrukowany powyżéj dokument, wynika to ze związku, w jakim miejscowość tę podaje ze Szydłowem, Stobnicą, Uściem, w téj saméj okolicy położonemi.

Oryginał na pergaminie, dobrze zachowany jest własnością Edmunda hr. Starzeńskiego z Mogielnicy. Na sznurku, skręconym z czerwonego i zielonego jedwabiu zawieszona majestatowa pieczęć Kazimierza W. wytłoczona na zwyczajnym wosku.

Na odwrotnej stronie dokumentu znajduje się napis: *1564. 19. Januarii oblata et revisa in conventu regni Varschoviensi.*

VIII.

We Lwowie 1370 r.

Wacław Dmytrowski nabywa u braci Skibiczów i synowca ich Ołenka dworzysko z przyległościami, w okolicy miasta Lwowa.

Ѣw има wтца и с[ъı]на и св[а]т[о]го д[оу]ха, в[о]жимъ исторѣньıемъ, оу вѣки аминь. И сталоса подъ державою великого короля краковьского Казимира и господара рѳскоѣ землѣ, и сталоса при державѣ пана Отъı, старостъı рѳскоѣ зе[м]лѣ, оже кѳпилъ панъ Ватславъ Дмитровский дворище исъ земею, ѣко изъ вѣка слѳшало к[ъ] томѳ дворищю, [и] вшитци вжиткове, што дн[ѥ]сь сѳть и потомъ могѳть бъıти, и што може причинити болше межи тѣми вжитки, то на своѥ полѣпшѣньıе, ѣкожь торговля истала са, кѳпилъ панъ Ватславъ оу вѣки оу Васила, иѥмѳжь рѣчіоть Скибичь, и въ иего брата, на има оу Гѣнка, и въ ихъ с[ъı]новца, оу Оленка, иже кѳпилъ панъ Ватсавъ оу всѣхъ трии, тожь тѳ именовани, далъ имъ панъ Ватславъ ś.т[ь] копъ грош[ей] вѣсного срѣбра, и далъ имъ всѣмъ тремъ то срѣбро посполною рѳкою. Тогдъı они пришедши вшитци, и своимъ племенемъ оуздали панѳ Ватславѳ со всѣми обьѣздъı того дворища по своиѳй доброй воли, и за инъıѣ молвили, абъı въ добромъ покон вжити тѣхъ вжитковъ панѳ Ватславѳ, ѣко въздали при панѳ Блотишевскомъ, воиводѣ ильвовьскомъ. А то свѣдци, мѣстичи: панъ Кнефль [и] Михно, войтъ ѣрославьскїй: а се вояре: Пѣтръ Мошенка [и] Ходко Лоиевич[ь]; а се попове: Ди[они]сий, попъ Юрко Кропъıшевич[ь] [и] попъ Лой; а се сѳсѣде околнии: Онисимъ; а се дьıци: Стенанъ Мелехович[ь], Мелентий Кѳцевич[ь], Семенъ Понахидич[ь] [и] Иванъ Кѳзмич[ь]; а се вортници: Пашко, вортн[и]къ исъ Смелина, Юрко Мошничь, Михно Великопольскїй [и] Голко Залѣский. А въıѣздилъ тѳ землю Ходоръ Чюлчич[ь], тожь обьѣздил[ъ] шт[ъ] пана Отъı, старостъı. А пани то вшитко свидци. А писана грамота тъıсача лѣт[ъ] по божьимъ рожествѣ, т̃. лѣт[ъ] о̃. лѣт[ъ] и одно лѣто. А писалъ Грюдкович[ь] Иван[ъ], а писано оу Кнефля в' домѳ, оу вѣки аминь.

W imię ojca i syna i świętego ducha bożém zrządzeniem na wieki amen. I stało się to za panowania wielkiego króla krakowskiego i hospodara ruskiej ziemi, Kazimierza, tudzież przy dzierzawie pana Oty, starosty ruskiej ziemi, iż kupił pan Wacław Dmytrowski dworzysko z ziemią,

która należała do dworzyska tego od wieków, i wszelkie pożytki, co dziś są i potem być mogą i cokolwiek do pożytków tych przyczynione być może — to wszystko nabył pan Wacław według targu, jaki stanął ku swemu własnemu wzbogaceniu na wieki u Wasyla, którego zowią Skibiczem, i u jego brata, imieniem Hinko, i u synowca tychże, Ołenka, — nabył pan Wacław u wszystkich trzech tu wymienionych społem, i dał im 6 kóp groszy ważonego srebra, — dał im wszystkim trzem srebro to wspólną ręką. Wtedy oni przyszedłszy wszyscy razem, oddali swoim i swoich krewnych imieniem panu Wacławowi dworzysko to łącznie z wszelkimi objazdy [=zagrodami] według swojéj dobréj woli, a za innych oświadczyli, iż panu Wacławowi przysługuje prawo używać w dobrym spokoju dostatków onych, tak jak mu wręczone były przy panu Błociszewskim[1]), wojewodzie lwowskim. A świadkami byli mieszczanie: panowie Knefl i Michno, wójt jarosławski; tudzież bojarzy: Piotr Moszenka i Chodźko Łojewicz; popowie: Dyonizy, pop Jurko Kropyszewicz i pop Łój; sąsiedzi okoliczni: Onisym; diacy: Szczepan Mełechowicz, Melenty Kucewicz, Semen Ponachidycz i Iwan Kuźmycz; a nakoniec pszczelarze: Paszko, pszczelarz z Jemelina, Jurko Mosznicz, Michno Wielkopolski i Holko Zaleski. A objeżdżał ziemię tę Chodor Czułczyc z rozkazu pana Oty starosty, i był także świadkiem tego pisma, które napisane zostało roku od narodzenia bożego tysiąc trzysta siedemdziesiątego i pierwszego[2]). A pisał Hrudkiewicz Iwan w domu Knefla na wieki amen.

Oryginał pergaminowy w arch. miasta Lwowa nr. 4, na sznurku jedwabnym koloru czerwonego zawieszona na zwykłym wosku wyciśnięta herbowa pieczątka, ze znamionami tak niewyraźnemi, iż ich dzisiaj już rozpoznać nie można. Drukowany był pierwszy raz w całości według kopii ś. p. Zubrzyckiego w Aktach, odnoszących się do historyi zachodniéj Rossyi [**Акты, относящіеся къ исторіи западной Россіи**], tom I., N. 3, str. 20. Przejrzawszy atoli przedruk ten dokładniej, przyszliśmy do przekonania, że wydawcy Aktów — czyli raczej, że korespondent ich Zubrzycki — nie ze szczególną postąpili sobie w tym razie ścisłością. Bo gdybyśmy nawet pominąć chcieli milczeniem usterki, powstałe przez zamianę liter: **и, ѡ, ѧ, ы, ѣ, оу** i tym podobnych na: **i, o, я, ы, e, y** i t. d., to nie możemy żadną miarą zgodzić się na uchybienia tego rodzaju, jakiem

---

[1]) Wyrazy te zdają się wskazywać, że dokument niniejszy wystawiony w imieniu króla Kazimierza i starosty jego, Oty, był prawdopodobnie ponownem tylko umocowaniem umowy, która zawartą została właściwie już przed wojewodą lwowskim Błociszewskim.

[2]) Zubrzycki w kronice miasta Lwowa str. 35, a za nim także i wydawcy Aktów, odnoszących się do historyi zachodniej Rossyi, zmienili datę tę dowolnie, stawiąc w zamian za rok 1371, rok 1351. Być może, że wydawcy Aktów uczynili to dla tej szczególnie przyczyny, by uniknąć kolizyi z Jankiem z Czarnkowa (Bielowski, Mon. Pol. Hist. II., 636), który świadczy, że król Kazimierz Wielki, w imieniu którego dokument niniejszy wystawiono, umarł nie w 1371, lecz dnia 5. listopada 1370 roku. Gdy atoli w dokumencie samym nie mamy najmniejszych danych do zakwestyonowania autentyczności onegoż, ani też wskazówek, które by uzasadnić pozwalały przypuszczenie, iż liczba 1371 jest tylko prostą myłką pisarza, to nie pozostaje nam w tym razie nic innego, jak tylko oglądnąć się za innym, nieco prawdopodobniejszym sposobem tłómaczenia. I w samej istocie, wyjaśnienie tej, na pierwszy rzut oka tak zawiłej kolizyi nie będzie wcale tak trudnem, skoro zważymy, że pisarze ruscy stosowali się zwykle do obyczaju swéj cerkwi, zaczynającej rok nowy nie w styczniu, lecz we wrześniu, i że wobec tego to, co dla Janka z Czarnkowa działo się jeszcze w roku 1370, pisarz ruski notował już pod rokiem 1371. Zdaje się więc, że i dokument niniejszy otrzymał li tylko dlatego datę 1371 roku, że wystawiony został w miesiącu wrześniu lub październiku, w każdym zaś razie nie później, jak w pierwszych dniach listopada 1370 roku.

jest n. p. opuszczenie słowa: **пана** w formule **и стало сѧ при держав'ѣ пана Оты, старост'ы рѳскоѣ зе[м]л'ѣ**; albo jakiem jest wstawienie słów: **и запис'ѣ** zamiast słów **и за ин'ыг'ѣ** w formule: **Тогд'ы они пришедши вшитиц, оꙋздали... и за ин'ыг'ѣ молвили** i t. p. Nie obojętne są zresztą dla badacza historyi między innemi także i myłki, które powstały wskutek niepoprawnej pisowni niektórych imion własnych, wskutek czego imię **Дисий-Ди[они]сий** zamienione zostało wprost na **Денисъ**, a imię własne **Чюлчич[ь]** na **Чеолчичь** i wiele, wiele innych.

Odczytał i przetłómaczył E. Kałużniacki

IX.

W Sanoku 31. Maja 1373 r.

Władysław, książę opolski, nadaje Przemysławowi, synowi Phala z ziemi łęczyckiej wieś Jabłonicę, położoną w powiecie sanockim.

In Nomine Domini Amen. Decet excellentiam principum suorum subditorum commodis et utilitatibas intendere, ut dum eorum profectibus invigilant, ipsos in honoris sui promocione et serviciis sentiant promtiores, nos igitur Ladislaus Dei gratia dux Opoliensis, dominus Russiae et Wielunensis ad perpetuam rei memoriam volumus devenire, quod inspectis fidelibus obsequiis per Przybislaum filium Phal de terra Lanciciae fidelem dilectum nobis exhibitis et adhuc futuris temporibus eo fidelius exequendis, maturo nostrorum seniorum praehabito consilio diligenti de nostrae largitatis munificentia eidem Przybislao et suis heredibus atque legitimis successoribus villam nostram dictam Iablonicza [1]) sitam in districtu nostro Sanocensi prope flumen San, cum omnibus et singulis suis pertinentiis, iuribus et dominiis, proventibus, obventionibus, censibus, redditibus et emolumentis, prout eadem villa in suis limitibus, metis et graniciis incipiendo a metis villae Wolosze [2]) ex una parte et alia parte Ulicz [3]) noscitur esse distincta cum agris cultis et incultis et de novo extirpandis silvis, nemoribus, mericis, rubetis, venationibns, aucupationibus, aquis, stangnis, piscinis, aquarum decursibus et robora pro suis mellificiis excidere, ceterisque omnibus pertinentiis et usufructibus ibidem pervenire valentibus, damus, conferimus et donamus iure Polonicali perpetuis temporibus libere possidendam, tenendam, habendam, vendendam,

---

[1]) Jabłonica ruska wieś w powiecie bireckim nad Sanem.

[2]) Wołodz wieś w powiecie bireckim nad Sanem w sąsiedztwie Jabłonicy na północ.

[3]) Ulucz wieś w powiecie bireckim także nad Sanem na południe od Jabłonicy.

commutandam, utifruendam et in usus suos beneplacitos convertendam, hoc tamen excluso, quod singuli cmethones dictae villae nobis et nostris successoribus de qualibet curia possessa singulis annis in festo sancti Martini duos grossos latos solvere pro censu nost:ae camerae sint astricti et quod dictus Przybislaus aut sui heredes vel successores cum uno balistario bene armato in equo valido nobis aut nostris successoribus, quotienscunque in terra nostra ad expeditionem evocati fuerint, servire sint astricti. Promittimus etiam dicto Przybislao et suis heredibus seu legitimis successoribus, quod, si captus vel capti fuerint in nostro bello seu aliqua rationabilia dampna perceperint ab hostibus nostris, ipsum seu ipsos ab huiusmodi captivitate restitutis singulis damnis liberare. In cuius rei testimonium praesentes scribi fecimus et nostri sigilli maioris munimine roborari. Datum et actum in Sanok feria tertia infra octavas Ascensionis Domini anno eodem millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, praesentibus domino Petro Brun milite, Veslao Roza, Stephanno de Riboczycz, Michaele Galthomcone, Scalca, Thomcone Waszota Palatino nostro Sanocensi [1]) et Ioanne de Glogouia nostro Prothonotario [2]), qui praesentia habuit in commissis et aliis fidelibus nostris plurimis fide dignis.

Dokument ten potwierdził Zygmunt I. „*Bidgostiae in conventu generali feria quarta ante festum s. Nicolai*“ 5. Grudnia *1520* na prośby „Constantiae heredis de villa Jablonicza.“ Kopia, z której drukujemy, z metryki koronnej (lit. B. B. N. 37. f. 35) sporządzona znajduje się w posiadaniu p. Ant. Schneidera.

X.

We Lwowie 9. Września 1374 r.

Władysław ks. opolski zapisuje Bienkowi z Kuchar wsie Żabokruki i Branice pod warunkiem, że osiędzie z rodziną swoją na Rusi.

(I)N Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ladislaus Dei gracia Dux Opoliensis, Welunensis et Russie, notumfacimus tenore presencium universis, quibus nosse fuerit opportunum, quod inspectis fidelibus obsequiis fidelis nostri dilecti

---

[1]) „Palatino nostro Sanocensi“ ma to być nie wątpliwie urzędnik „wojewodą“ na Rusi zwany, niewłaściwie tutaj wyrazem „palatinus“ oddany.

[2]) Jakkolwiek dokument ten jest prawie w zupełności co do formy podobny do dokumentu w *Aktach V.* str. 9. oddrukowanego, to jednak tylko pierwszy i ostatni świadek są zkądinąd znani, reszta nie zachodzi nigdzie.

Benconis de Kuchar [1]), nobis hucusque operosa sollicitudine exhibitis et in futurum propensius exhibendis, et quod idem Benco cum uxore et pueris suis residenciam personalem facere tenebitur in dicta terra nostra Russie propter carenciam populi vigentem in eadem, sibi suisque heredibus et legittimis successoribus villas nostras Zabokruky et Branicze [2]) contiguas, in districtu Lemburgensi situatas, cum omnibus ipsorum utilitatibus, fructibus, proventibus, censibus, redditibus, emolumentis et aliis obvencionibus universis, eo iure et dominio, quibus ipsas soli hactenus habuimus, freti sumus et possedimus, prout ipse eciam in suis limitibus circumferencialiter sunt distincte, videlicet agris, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, quercetis, rubetis, virgultis, mericis, mellificiis, piscinis, lacubus, paludibus, aquis et earum decursibus, molendinis, piscaturis et aliis pertinenciis et appendiis universis, iure feodali damus et conferimus donacione perpetua et inviolabili iugiter possidendas, tenendas, habendas, utifruendas, donandas, vendendas, obligandas, commutandas, alienandas et in usus suos, suorum heredum et successorum legittimorum beneplacitos convertendas, prout sibi et eisdem melius, utilius et conveniencius videbitur expedire. Verumtamen in predictis villis de quolibet fumo seu qualibet domo duos grossos latos vel quatuor paryos pro censu camere nostre singulis annis in festo beati Martini episcopi percipiendos, nobis et nostris posteris perpetue reservamus. Preterea vero idem Benco seu heredes et successores legittimi cum una hasta et duobus sagittariis, quando et quociens nobis opportunum fuerit et necessitas ingruerit, iuxta consuetudinem aliorum nostrorum terrigenarum nobis et nostris posteris tenebitur deservire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum et datum Lemburg in crastino Nativitatis beate Marie Virginis sub anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo quarto, presentibus hys dominis: Ieskone Kmitha, Ieskone Kustra, Petro Brun, Dobeslao Chalasca de Martinouicz, Ienkone de Owczuch, Andreaschone Burgravio Sudaczouiensi et Iohanne de Glogouia Cancellario Curie nostre, qui presentes habuit in commissis et aliis quam plurimis nostris fidelibus fidedignis [3]).

Oryginał pergaminowy będący własnością W. Józefa Rola Bartnikowskiego nieco plamami z wilgoci poplamiony. Na sznurku z pąsowego i zielonego jedwabiu wisi pieczęć majestatyczna

---

[1]) Ciekawy ten dokument pokazuje czas osiedlenia i pochodzenie znanego na Rusi Beńka z Żabokruk, w tym zbiorze tak często zachodzącego. Szkoda tylko, że ks. Władysław nie powiedział w jakiej ziemi te Kuchary leżą, nie wiemy bowiem do jakiej linii licznych Kucharskich go zaliczyć.

[2]) Branic dzisiaj nie ma ani w pobliżu Żabokruk, ani w ogóle w wschodniej Galicyi.

[3]) Z dokumentu tego pokazuje się także, jakie bajki o Beńku z Żabokruk popisał Ludwik Zieliński w Lwowianinie z r. 1841 w artykule: „Mikołaj Beńko z Żabokruk Cebrowski herbu Groty, mylnie Hołobok (str. 280). W ogóle nie wiemy wcale, jakiego herbu Beńko używał, a Cebrowskim sam nigdy się nie pisał.

UNIWERSYTET W BIAŁYMSTOKU
BIBLIOTEKA GŁÓWNA

ks. Władysława Opolskiego w zwyczajnym wosku wyciśnięta, na odwrotnej stronie w zielonym wosku wyciśnięte contrasigillum tegoż księcia. Dokładny opis tej pieczęci już po kilkakrotnie w zbiorze tym podano. — Odpis dokumentu tego udzielił mi łaskawie dr. Fr. Piekosiński.

XI.

W Wieluniu 6. Lipca 1375 r.

Władysław ks. opolski zapisuje Jaśkowi wieś Drosow w Samborskiem położoną.

In Nomine Domini Amen. Decet excellenciam principum suorum subditorum commodis et utilitatibus intendere, ut dum eorum profectibus invigilant, ipsos in honoris sui promocione et serviciis senciant prompciores, nos igitur Ladislaus Dei gracia Dux Opoliensis, Wielunensis et dominus Russie ad perpetuam rei memoriam volumus devenire, quod inspectis fidelibus obsequiis Iaskonis fidelis nostri nobis exhibitis et adhuc aucto fidelitatis studio futuris temporibus eo fidelius exhibendis, maturo nostrorum seniorum prehabito consilio, de nostre largitatis munificencia eidem Iaskoni et suis heredibus et legitimis successoribus villam nostram Drosow [1]) dictam in districtu Samboriensi sitam, cum omnibus et singulis suis pertinenciis, iuribus et dominiis, proventibus et obvencionibus, censibus, redditibus et obvencionibus, prout eadem villa in suis metis, limitibus et graniciis est situata circumferencialiter et distincta, cum agris cultis et de novo extirpandis seu locandis, cum sylvis, nemoribus, mericis, quercetis, mellificiis, rubetis, venacionibus, aucupacionibus, pratis, pascuis, tabernis, piscinis, molendinis, stagnis, paludibus, montibus, collibus, vallibus, planiciebus, cum aquis et aquarum decursibus, ceteris quoque omnibus adherenciis, utilitatibus et usufructibus, pronunc in dicta villa Drossow existentibus vel temporibus successivis ex eadem provenire valentibus, damus, conferimus, donamus et appropriamus eidem Iaskoni et suis heredibus et legitimis successoribus ea libertate et consuetudine, qua ceteri vasalli nostri bona sua possident, perpetuis temporibus possidendam, tenendam, habendam, vendendam, alienandam, donandam, commutandam, obligandam et in usus suos beneplacitos convertendam; racione vero predicte ville idem Iasko et sui successores legittimi nobis nostrisque successoribus legittimis cum una hasta et uno sagittario, quociescunque ad expedicionem generalem in terra nostra Russie ventus (*sic*) fuerit, tenebitur deservire, et a qualibet curia possessa

[1]) Dzisiaj Doroszów wyższy i dolny w powiecie samborskim.

singulis annis in festo sancti Martini duos grossos magnos pro censu camere nostre dare sint astricti. Promittimus insuper eidem Iaskoni et posteritati ipsius, quod si captus fuerit sub nostro bannirio in exercitu nostro, seu aliqua dampna notabilia in equis interfectis perceperit cum scitu virorum proborum, ipsum ab huiusmodi captivitate, dampnis restitutis, liberare. In cuius rei testimonium presentes scribi fecimus et nostri sigilli maioris munimine roborari. Actum et datum in Wielun feria sexta post festum ss. Petri et Pauli sub anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, presentibus strenuis: Andrea Scamiro, domino Coszyra, Merbota [1]) Capitane(*o*), Radlo Wenstow et domino Iohanne Cancellario nostro et aliis multis fidedignis.

Z kopii zamieszczonej w tomie VIII. tek Naruszewicza pod Nr. 126 przepisanej z oryginału zachowanego niegdy w archiwum głównem, u którego wisiała pieczęć na sznurku jedwabnym, wyobrażająca rycerza w szyszaku na koniu. Odpisu udzielił mi dr. Fr. Piekosiński.

XII.

We Lwowie 7. Grudnia 1375 r.

Władysław ks. opolski przenosi Jarosław na inne miejsce, nadaje mu prawo niemieckie i powiększa jego przywileje.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ladislaus Dei gratia dux Opoliensis, dominus Vielunensis et Russiae, ad universorum tam praesentium quam futurorum devenire volumus notitiam [1]), quod cupientes terram nostram Russiae pro [*posse*] [2]) civitatis locatione [3]) maioribus utilitatibus reformare, civitatem nostram dictam Iaroslaw de loco, ubi pridem sita extitit et locata, transferimus ante castrum nostrum de novo locandam [4]) iure Theutonico Magdeburgensi, centum mansos Franconicos ipsi civitati adiungimus [5]) pertinendos, dantes et conferentes discretis viris Petro et Mathiae fratrueli suo eorumque heredibus et legittimis successoribus advocatiam in eadem nostra civitate, ad quam quidem advocatiam sex mansos liberos, decimum denarium de qualibet

---

[1]) Merbota, piszący się często także Merbota de Szyrawa, to jest z Żyrawki, wsi w powiecie lwowskim, (A. G. Z. III., 48), był w tym czasie starostą przemyskim (A. G. Z. V., 14 z dnia 12. marca 1376 r.) Ponieważ zatem Merbota w powyżéj oddrukowanym dokumencie z 6. Lipca 1375 r. występuje jako starosta według wszelkiego prawdopodobieństwa przemyski i tę samą godność piastuje jeszcze 12. Marca 1376, nasuwa się przeto domysł, że i wymieniony w dokumencie z 31. Sierpnia 1375 r. (A. G. Z. II., 8) Benco Capitaneus Premisliensis jest tym samym Merbotą, zwałby on się w takim razie *Benco Merbota de Szyrawa*.

re iudicata, duobus pro nobis et nostris posteris reservatis, maccella [6]) carnium, bancas pannum, sutorum, stubam balnealem, duo molendina, quodlibet in una in fluvio San [7]), in quo etiam piscari [8]) libere possint pro ipsorum mensa, prata insuper sub monte, quae antiquitus ad advocatiam pertinebant, ad praenominatos Petrum et Mathiam advocatos et eorum successores perpetuis temporibus volumus ratione locationis pertinere. Item unum mansum pro ecclesia et tres pro pascuis de praescriptis centum mansis deputamus, removentes ab eadem nostra civitate et ab omnibus incolis eiusdem omnia iura Polonicalia, angarias, preangarias [9]) et consuetudines universas, quae ipsum ius Theutonicum perturbare consueverunt, absolventes insuper et eximentes dictos advocatos et eorum heredes legittimos et successores, cives et incolas praenominate civitatis nostrae a potestate omnium palatinorum, castellanorum, iudicum et subiudicum et ministerialium eorum, ita quod coram ipsis in [10]) causis tam magnis quam etiam parvis minime respondebunt, nisi duntaxat cives et incolae ipsius civitatis coram advocatis suis, advocati vero et eorum posteri coram nobis aut iudice seu capitaneo nostro generali, dum tamen per litteras nostras sigillo nostro munitas evocati fuerint, iure ipsorum Theutonico de se querulantibus respondebunt. In causis autem criminalibus et capitalibus, aut quibusvis aliis dictis advocatis et eorum posteris iudicandi, sententiandi et puniendi, secundum quod ipsum ius Theutonicum postulat et requirit, plenam et omnimodam concedimus potestatem. Habeant etiam dicti advocati plenam facultatem eandem advocatiam iure hereditario et proprietatis titulo possidendi, tenendi, habendi, utifruendi, vendendi, obligandi, commutandi et in suos usus necessarios convertendi, etiam quod ipsi advocati et eorum posteri nobis et nostris successoribus cum una hasta et uno balistario in equis et armis bene valentibus, quotiescunque fuerit opportunum, servire sint adstricti. Singuli quoque dictorum mansorum cultores nobis et nostris successoribus dare unum [11]) scotum [12]) grossorum latorum annis singulis in festo sancti Martini episcopi pro censu, sex vero grossos latos pro decima episcopali solvere tenebuntur. Ceterum addicimus, quod cives et incolae ipsius civitatis ligna in silvis nostris ex utraque parte fluvii San recipere et libere deducere valeant pro aedificiis et domibus praeparandis. Habebunt etiam navigium liberum trans fluvium San pro feno seu pabulo ac etiam lignis pro aedificiis domorum traducendis. Volumus praesertim [13]) et statuimus, quod nullus mercatorum aliqua mercimonia in villis in eodem districtu Iaroslaviensi sitis audeat quomodolibet exercere. Praeterea volumus, ut singuli dictae nostrae civitatis habitatores nobis omnia et singula servitia debita exhibeant, prout ceterae civitates terrae nostrae Russiae facere consueverunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum et datum in Lemburga in crastino sancti Nicolai confessoris anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, praesentibus strenuis: Demetrio

de Goray, Bogschikone de Chrabkowicz [14]), Nicolao Bozera, Iohanne Nereczko, Petro Brown [15]) Iudice Provinciali terrae Russiae, Michaele Tehaba et Iohanne de Glogovia nostro Cancellario, qui praesentia habuit in commissis.

Odpis tego dyplomatu jako znajdującego się w „libris metrices privilegiorum Iaroslaviensium antiquo haractere ingrossatum“ potwierdzili 2. Grudnia 1779 w Jarosławiu burmistrz i dwaj urzędnicy jarosławscy. Dnia 3. Grudnia t. r. wpisano ten odpis w akta grodzkie przemyskie (już pod rządami austryackiemi). Dnia 5. Lutego 1780. staje burmistrz jarosławski w grodzie lwowskim i oblatuje odpis ten, na co mu wydają extrakt. Extrakt ten oryginalny na 2 arkuszach pięknie pisany posiada p. Antoni Schneider i z tego też exemplarza dyplomat ten wydajemy.

Dziwną zdaje nam się ta okoliczność, że mieszkańcy Jarosławia nie posiadali już w r. 1779 oryginalnego dyplomatu, ani też żadnego dawniejszego potwierdzenia, lecz że go z odpisu w jakimś kopiaryuszu (tak bowiem rozumiemy słowa transumptu „ex libris metrices privilegiorum Iaroslaviensium“) w akta grodzkie wciągają. Nasuwa się tu podejrzenie, czy też dyplomat ten nie został interpolowanym. Nadania prawa magdeburskiego *kończą się* bowiem w ogóle, nie wyjmując także nadania Władysława opolskiego dla Lwowa 29. Grudnia 1372 r., klauzulą o służbie wojennéj, po któréj w naszym dyplomacie *następują* jeszcze ważne nadania jak: wolność użytkowania z lasów, i wolny przewóz na rzece Sanie po paszę lub drzewo. Dopuszczalnym przeto jest domysł, iż części te dyplomatu interpolowano, choć ostatecznym dowodem byłaby tylko ta okoliczność, iż obywatele jarosławscy nie posiadali tych praw, czego w braku danych udowodnić nie jesteśmy w stanie. W ogóle zaś trudno zadecydować tę kwestyę, ponieważ dokument ten jest — o ile mi wiadomo — prócz nadania dla Lwowa z r. 1372 *jedynem* dotąd znanem nadaniem prawa niemieckiego, wydanem przez Władysława opolskiego dla miejscowości na Rusi.

Dyplomat ten widzieli wydawcy „starożytnej Polski“ (Baliński i Lipiński), w artykule bowiem „Jarosław“ tak mówią (II. str. 651—2): „Władysław ks. opolski, siostrzeniec króla Ludwika, posiadając wiele zamków na Rusi, przenosi miasto na inne miejsce, nadaje mu 1375 r. sto łanów frankońskich, obdarza prawem magdeburskiem i różnemi swobodami, pod obowiązkiem płacenia po skojcu z łanu (z tego też w texcie dodaliśmy „unum“) i po 6 gr. pragskich za dziesięcinę biskupią; uposaża dziedzicznego wójta i zobowiązuje, aby na każdą wyprawę wojenną stanął z kopią i kuszą na koniu w zbroi porządnej“. Wydawcy „Starożytnej Polski“ mieli widocznie oryginał lub kopią przed sobą kończące się właśnie tym obowiązkiem służby wojskowej, co w nas obudza tem większe podejrzenie, iż końcowe ustępy interpolowane zostały.

Treść dyplomatu podał Siarczyński w dziełku pod tytułem: Wiadomość historyczna i statystyczna o mieście Jarosławiu. Lwów 1826 na str. 5—7. Przechodzi on tutaj całą treść dyplomatu punkt za punktem nie zmieniając porządku. Punktów tych jest 16, poczem mówi „*Na ostatek* z miejsca, w którem było miasto osiadło, pod zamek je przenosi“. Słowa te zadziwiają, gdyż w dyplomacie o przeniesieniu mówi nadawca *na początku* a nie *na ostatku*.

[1]) *Notionem* w extrakcie. [2]) Wypuszczono w extrakcie. [3]) *Civitate locationis* w extrakcie. [4]) *Locandum* w extrakcie. [5]) *Adjunximus* w extrakcie. [6]) *Maccellas* w extrakcie. [7]) Zdanie to

widocznie pobałamucone, możeby lepiej było czytać „*quodlibet unum in*“. [8]) *Piscium* w extrakcie. [9]) *Pangarias* w extrakcie. [10]) *Ex* w extrakcie. [11]) Cyfra wypuszczona w extrakcie. [12]) *Scotos* w extrakcie. [13]) *Praesentium* w extrakcie. [14]) *De Chrebnowicz* w extrakcie. [15]) *Browy* w extrakcie.

XIII.

W Bachorzu pomiędzy 26. a 31. Grudnia 1377 r.

Władysław ks. opolski zapisuje Ładomirowi Wołoszynowi pustynię Hodle Pole, aby na niej osadził wieś na prawie wołoskiem.

Wo Imia Otca y Syna y Swiatoho Ducha Amin. Bożeju Miłostiju My Kniaź Wołodysław Opolskoy Ziemli y Wielunskoy Ziemli y Ruskoy Ziemli Hospodar y Diedzicz Wieczny Ziemlam Tiem Samoderzec Kniaź wiele naszeju dobrowoleju y naszym zdorowym umyśleniem tośmy uczynili, wozrewszy na Naszego Wiernaho Słuhu Imieniem rekuczy Ładomir Wołoszyn, cztoże nam wierno służył, y ieszcze służyty budiet, a proto pro Ieho wiernuju służbu daliśmy Iemu Hodle Pole [1]), Cztoże leżyt od Bochurja bolsze mili, to Pole pustynia za Ternawu Reku, Imiwszy suwoju storonoju olize do wiercha Reki Toje y Pola Wsia czto sut po Rece toy y wse to, czto koli Kniazienija Pustynie suwoju Storonu ot Bochurja Lesy, y Dubrowy od Iarosławskoie Wołosty Pustyniu, les y Dubrowy, y Pola Cztoże koli jest tam, toje Pustynie Kniazienija, to Wse dalismy Ładomirowi saditi Soło u wołoskoje prawo, a daliśmy Iemu nawieki y Dietiam Ieho so wsem objezdom, y so wsemi hranicami, Iakie y zwieka służaie ktoy Pustynie y od Bochurja y od Iarosławskoje Pustynie y z Ziemloju, y z Lesy, y z Dubrowami, y z Sienozatiami, y z Rekami, y z Bołoty, y z Łowiszczy, y so Wsemi Użytki, czto ninieczy mohut biti, wolen prodati, wolen zamienity tako Dobromu, jako iest Sam, y zo Kniażeju woleju, a ztoho imieiet Kniaziu służyti z trymi Strelcy, A osadiwszy i z każdego kmietia po dwa hrosza szyrokaja u Kniażju Kamoru dawati na Każdyn Rok, a na to daliśmy hramotu naszoju y Pieczat prywiesili Wielebnoho Kniastwa Naszego, a przy tom byli i Swiedcy Pan Sudywon Starosta Krakuwski, Pan Andrejasz Starosta Ruski, Pan Marszałok Szoff [2]), Pan Klawko, Pan Mikszyk Iędrychow Syn, Pan Marcin Lutkowski, a dana iest hramota u Bochuri po Bożiem Narożenie Tysieczu Letie y Trysta letie y Siemdżesiat Letie y osmom letie [3]). Pisał Kniaźni Pisar Kostko Bolestraszycki u wieki Amin. + + + + +

Z kopii zamieszczonej w tomie VIII. tek Naruszewicza pod Nr. 151, z oryginału przechowanego niegdy w archiwum głównem, przy którym znajdowała się pieczęć jedna na sznurku z pąsowego jedwabiu. Odpis udzielił mi dr. Fr. Piekosiński.

[1]) *Hodle Pole* znajdowało się tam, gdzie dzisiaj leżą wsie Hadle kańczuckie i Hadle szklarskie w okolicach Dubiecka. Zdaniem Jego Exc. K. hr. Krasickiego, kuratora Zakładu nar. im. Ossol., gruntownego znawcy topografii galicyjskiej, dokładnie obeznanego z okolicą, której powyższy dokument dotyczy, obszar w dokumencie oznaczony obejmuje dzisiaj nie tylko Hadle jedno i drugie, ale i trzy inne osady, pomiędzy temi Tarnawkę, gdzie płynie rzeczka Tarnawka, w dokumencie wspomniana.

Co do *Bochurja*, w którem dokument jest datowany, wątpiłem czyli to jest dzisiejsza wieś Bachorz nie daleko od Hadel w pobliżu Sanu położona, czy też wieś Bachorzec w tej samej okolicy ale bliżej Dubiecka położona. Zdaniem Exc. hr. Krasickiego może tu być mowa tylko o Bachorzu, a to z tych powodów: już nazwa pokazuje, że Bachorz jest starszy od Bachorca, a co ważniejsza Bachorz jest to wieś ruska a więc dawniejsza, Bachorzec polska, przeto późniejsza. W Bachorzu jest starożytna cerkiew ruska, w Bachorcu tylko kościół polski i zaledwie kilkunastu Rusinów. Z tego wszystkiego wynika, że Bachorz jest znacznie starszy od Bachorca, a więc że dokument powyższy jest datowany w Bachorzu.

[2]) W kopii udzielonej mi przez dr. Fr. Piekosińskiego stoi: *Pan Marszałkoszost*, co jest niewątpliwie myłką przepisywacza zamiast: *Pan Marszałok Szoff*. Jest to znany marszałek Władysława ks. opolskiego Schoff lub Szoff zwykle zwany.

[3]) Data ta nie da się z powodu opuszczenia dnia rozwiązać inaczej, jak tylko pomiędzy 26. a 31. Grudniem. Zachodzi jeszcze wątpliwość, czy dokument ten pochodzi z r. 1377 lub 1378, jak w nim napisano. Na Rusi rozpoczynano rok cerkiewny z Wrześniem i tak też nieraz datowano dokumenta ruskie, jak to widzimy z dokumentu nr. VII. powyżej oddrukowanego. Być więc może, że i tutaj w ruskim dokumencie przez „kniaźnego pisarza“ zredagowanym trzymano się daty cerkiewnej, że zatem dokument ten przypada na rok 1377. Choćby zaś nie trzymano się tutaj rachuby cerkiewnej, to i tak dokument ten może pochodzić z r. 1377, bo, jak wiadomo, zwykle wtedy jeszcze rozpoczynano rok z Bożem narodzeniem a nie z dniem 1. Stycznia i dotychczas nikt jeszcze nie wykazał, od kiedy u nas zaczęto liczyć rok regularnie i stale od 1. Stycznia. Wszelkie prawdopodobieństwo więc przemawia za tem, że dokument ten pochodzi z r. 1377. Umieszczam go przeto pod tym rokiem, czemu się, o ile widzę, zawarte w nim daty nie sprzeciwiają. Sędziwoj z Szubina już w tym roku 1377 został starostą krakowskim po zabiciu Jaśka Kmity. W r. 1378 zaś dnia 22. Grudnia przebywa w Krakowie. (Piekosiński kod. dypl. Małop. str. 406 i 407.)

XIV.

20. Lutego 1383 r.

Marya królowa węgierska nadaje Józefowi Olachowi synowi Piotra, jako i Maciejowi bratu jego i Mussacie córce jego wieś Kunzendorf.

Maria Dei gracia Hungariae, Dalmaciae, Croaciae, Ramae [1]), Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniae [2]) Bulgariaeque Regina, Princeps Salernitana et honoris [3]) ac montis sancti Angeli domina, omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris, praesentium continenciam audituris, salutem in omnium Salvatore. Decet ecquidem Regiae Maiestati subditorum fidelia servitia perspicere, ipsosque ob respectum eorundem serviciorum beneficiis competentibus reddere consolatos, proinde ad universorum notitiam harum serie [4]) volumus pervenire, quomodo serenissimo Principe domino Lodouico [5]) eadem Dei gracia illustrissimo Rege Hungariae, Poloniae, Dalmaciae etc., glorioso laudandae recordationis genitore nostro carissimo, volente Domino coeli, cuius nutu omnia reguntur et disponuntur, absque prole masculina de medio sublato, nobis iure successorio et ordine geniturae [6]) coronam et solium dicti [7]) Regni Hungariae ac sceptra regiminis ipsius genitoris nostri feliciter adeptis, fidelis noster Ioseph Olahus filius Petri de Regno nostro Rusciae [8]) ad nostrae Serenitatis accedendo praesenciam [9]), propositis suis fidelibus et fidelium servitiorum suorum meritis, nostrae humiliter declaravit Maiestati, quod ipse ab heredibus quondam provid viri Conradii dicti Rusciae [10]) sculteti quandam villam novam, quae vulgariter [11]) Cuntzendorph [12]) nominatur [13]), centum et duodecim mansos Franconicos continentem in silva vulgariter dicta Poras [14]) sub iure Teutonico videlicet Maydburgensi [15]), quo gaudet civitas nostra Sanok sitam et locatam, emisset et comparasset pro certa sumpta [16]) pecuniae [17]) quantitate et a dictae [18]) emptionis tempore in [19]) eiusdem villae pacifico dominio perstitisset et staret de praesenti, supplicans exinde nostrae humiliter Maiestati, ut praelibatam villam a servitio [20]) scultetiae eximere [21]) sibi, item Mathiae fratri et dominae Mussata appellatae filiae suis, novae donationis nostrae titulo dare et conferre [22]) dignaremur. Nos itaque praemissis humillimis supplicationibus praefati Ioseph reginali pietate exauditis, consideratisque eius fidelibus servitiis, quibus ipse primum [23]) praedicto domino Lodouico [24]) genitori nostro, et demum nobis in [25]) cunctis expeditionibus eiusdem atque nostris diversis fortunae casibus se submittendo pro utilitate et ampliatione dicti Regni nostri Rusciae [26]) studuit, et adhuc eadem fultus fidelitate studet complacere, praelibatam novam villam in [27]) memorata silva Poras [28]) adiacentem, vulgariter Cuntzendorph nominatam,

cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis sub suis veris limitibus, prout eadem ab antiquo per suos priores possessores habita extitit et possessa, eidem Ioseph filio Petri et per eum dictis Mathiae fratri et Mussatae filiae suis, ipsorumque heredibus et successoribus universis dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, eximentes eandem[29]) ab omni servitute sculteciae praenotatae[30]). Ita tamen, ut idem Ioseph, Mathias et domina Mussata ipsorumque heredes nobis et nostris heredibus ac successoribus regibus[31]) Hungariae secundum morem et cosuetudinem praedicti regni nostri Rusciae[32]) cum una hasta decenter expediti servire sint astricti. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici[33]) sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus reverendissimi in Christo patris et domini domini Demetrii[34]) miseratione divina[35]) Sanctorum Quatuor Coronatorum sacrosanctae Romanae ecclesiae presbyteri Cardinalis, sanctae Strigoniensis ecclesiae Gubernatoris[36]) perpetui locique eiusdem Comitis[37]) similiter perpetui et aulae nostrae fidelis Cancellarii, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo tertio, decimo kalendas mensis Martii, regni autem nostri anno secundo, praesentibus[38]) reverendissimis et venerabilibus in Christo patribus: eodem domino Demetrio Gubernatore ecclesiae Strigoniensis perpetuo, Lodouico Colocensi, Ugolino Spalatensi et Ugone Ragusiensi[39]) Archiepiscopis, Emerico Agriensis, Paulo Zagrabiensis, Gublino[40]) Transyluaniensis, Valentino Quinque Ecclesiarum decretorum doctore, Iohanne Waradiensis, Gvillermo[41]) Iauriensis, Benedicto[42]) Wesprimiensis, Iohanne Chanadiensis, Georgio Boznensis[43]), Petro Wachyensis, Iohanne Sirimiensis[44]), fratre Dominico Nitriensis, Paulo Tymniensis[45]), Demetrio Nonensis, Grisogono Traguniensis, Matheo Sibinicensis, Stephano Pharensis, Iacobo Maharensis[46]), Mych Scardoniensis[47]) et Thoma Sceniensis[48]) ecclesiarum Episcopis, ecclesias Dei feliciter gubernantibus, Corbauiensi sede vacante, magnificis viris: Nicolao de Gara[49]) regni nostri Palatino et Iudice Comanorum, Ladislao Woywoda Transylvano et comite de Zonuk[50]), comite Nicolao de Zeech Iudice Curiae Nostrae, Stephano[51]) de Lindwa[52]) totius regni Sclauoniae, Emerico[53]) Bebeek[54]) dicto Dalmatiae et Croatiae ac Stephano[55]) filio Philippi[56]) de Machon Banis[57]), Nicolao dicto Zambou Tavernicorum[58]), Blazio[59]) dicto Forgach[60]) Pincernarum, Nicolao filio Nicolai de Telegd[61]) Ianitorum, Ladislao[62]) filio Nicolai de Weszen Dapiferorum et Stephano[63]) filio quondam domini Dyonisii Woywodae[64]) Agazonum nostrorum Magistris, praedicto Nicolao dicto[65]) Zambou Comite Posoniensi[66]) aliisque quam pluribus[67]) regni nostri comitatus tenentibus et honores[68]).

Z kopii zamieszczonej w tomie VIII. tek Naruszewicza pod N. 194 przepisanej z oryginału zachowanego niegdy w archiwie głównem, przy którym wisiała pieczęć na sznurku z jedwabiu

karmazynowego i granatowego. Odpisu udzielił mi łaskawie dr. Fr. Piekosiński. Dokument ten poprzednio drukowany był w dziele *Supplementum ad historica Russiae monumenta*, Petersburg 1848, str. 505—507. Stąd go przedrukował K. hr. Stadnicki w dziele swem Synowie Gedymina II. 248 i 249, pominął atoli wszystkie imiona świadków, tak że text jego kończy się na wyrazach *regni autem nostri anno secundo.* Odmianki zachodzące pomiędzy textem naszego rękopisu a textami Stadnickiego i względnie Supplementu podaję w notach poniżej. P. Stadnicki powiada na czele textu swego (str. 248): „Dokument wyjęty z archiwum familijnego Sieniawskich". W *Suppl. ad hist. Russ. mon.* atoli czytam tylko: „Originale scriptum in charta membranea. Sigillum avulsum. Apographum hujus diplomatis relatum est Collegio Archaeographico a correspondente Varsoviensi W. A. Maciejowski". Z tego wnosiłbym prędzej, że Maciejowski przepisał text swój z oryginału archiwum głównego, z którego powstała i nasza kopia.

[1]) *Rasciae* u hr. Stadnickiego. [2]) *Cummaniae* u St. [3]) *Et honoris* nie ma St. [4]) *Serie* nie ma St. [5]) *Ludvico* u St. [6]) *Genitur* u St. [7]) *Dicti* nie ma u St. [8]) *Rusiae* u St. [9]) *Praesenciam accedendo* u St. [10]) *Russiae* u St. [11]) Wsi Kunzendorf nie ma dzisiaj ani w Sanockiem, ani w ogóle w Galicyi. Jest atoli wieś Poraż w powiecie liskim, utrzymała się zatem ta nazwa, pierwotnie do lasu przywiązana. Zauważył to już K. hr. Stadnicki, Synowie Gedymina II., 250. [12]) *Cuntzendorf* u St. [13]) *Nominaretur* w rękopisie. [14]) *Poraz* u St. [15]) *Magdeburgensi* u St. [16]) *Sumpma* w rękopisie. [17]) *Pecunia* w ręk. [18]) *Addicione* w ręk. [19]) *Temporum et* w ręk. [20]) *A servitio* nie ma w ręk., zamiast tego luka. [21]) *Eximeret* w ręk. [22]) Zamiast *et conferre* w ręk. *Zophie.* [23]) *Primum* nie ma St. [24]) *Ludovico* u St. [25]) *Et* w ręk. [26]) *Russiae* u St. [27]) *Et* w ręk. [28]) *Poraz* u St. [29]) *Eadem* u St. [30]) *Scultecia prenotata* w ręk. [31]) *Regni* w ręk. [32]) *Russiae* u St. [33]) *Autem* w ręk., *et* nie ma St. [34]) *Demetro* w ręk. [35]) Po *divina* ma ręk. *circa.* [36]) Zamiast *gubernatoris* ma ręk. *cum gubernationis.* [37]) *Canonicis* w ręk. [38]) Nie ma w ręk. Reszta u Stadn. pominięta. [39]) *Hagusiensi* w ręk. [40]) *Sublino* w ręk. [41]) *Guillelmo* w Suppl. ad mon. Russiae. [42]) *Wenedicto* w ręk. [43]) *Woznensis* w ręk. [44]) *Gyrimiensis* w ręk. [45]) *Cymniensis* w ręk. [46]) *Macarensis* w Suppl. [47]) *Michaele Scodraniensis* w Suppl. [48]) *Geniensis* w ręk. [49]) *Isico de Cara* w ręk. [50]) *Zonne* w ręk. [51]) *Strenuo* w ręk. [52]) *Ludna* w Suppl. [53]) *Canonico* w ręk. [54]) *Webeek* w ręk. [55]) *Strenno* w ręk. [56]) *Philippus* w ręk. [57]) *Wanis* w ręk. [58]) *Camban canonicorum* w ręk. [59]) *Et Blasio* w Suppl. [60]) *Forgat* w ręk. [61]) *Calek* w ręk. [62]) *Vladislao* w ręk. [63]) *Strenuo* w ręk. [64]) *Woynot* w ręk. [65]) *Dicto* nie ma w Suppl. [66]) *Camban Canonici Posnanienses* w ręk. [67]) *Plurimis* w Suppl. [68]) *Et honores* nie ma w rękopisie.

XV.

3. Kwietnia 1384 r.

Marya królowa węgierska uposaża biskupstwo przemyskie.

Maria [1]) Dei gratia [2]) Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Bulgarieque [3]) Regina, princeps Sallernitana et honoris ac montis sancti Angeli domina omnibus Christi fidelibus tam presentibns quam futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Regie sublimitatis honor divinarumque rerum exempcio decorantur, ut accionis [4]) sue gratitudinis studio illic aciem exprimat, unde se novit munus celsitudinis recepisse, tantoque in sua gloria clarior permanet, quanto in divinis cultibus et ecclesiastice consideracionis studiis sollicicior invenitur [5]). Proinde ad universorum noticiam harum serie [6]) volumus pervenire, quod [7]) serenissimo principe domino Lodouico eadem Dei gracia illustrissimo Rege Hungarie, Polonie, Dalmacie etc., genitore nostro carissimo laudande recordacionis, volente domino celi, cuius nutu omnia reguntur et disponuntur [8]) absque prole masculina de medio sublato nobisque iure successorio et ordine geniture coronam et solium dicti regni Hungarie ac sceptra regiminis ipsius genitoris nostri feliciter adeptis, fidelis noster venerabilis in Christo pater dominus Ericus Premislyensis [9]) episcopus ad nostre serenitatis ac serenissime et illustris principis domine Elyzabeth eadem Dei gracia Regine Hungarie, Polonie, Dalmacie etc., genitricis nostre carissime, veniens in presenciam, nobis humiliter exposuit, quomodo dudum sacrosancta sedes apostolica ad devote supplicationis instanciam illustris et serenissimi principis condam domini Lodouici Regis, genitoris nostri predicti, inter ceteras [10]) ecclesias regni nostri Ruscie ecclesiam Primislyensem ab antiquo fuisse ecclesiam kathedralem declarasset et ad cautelam tunc de novo kathedralem erexisset et locum eundem civitatis nomine, titulo et honore insignivisset et decrevisset, esse perpetue civitatem, dictam ecclesiam pro kathedrali et locum ipsum pro civitate perpetue voluisset reputari, certis exinde litteris apostolicis confectis et emanatis. Dictusque genitor noster pro huiusmodi salubri et salutifero suo consequendo intentu et optatu ad humilimam supplicationem dicti domini Erici episcopi Primislyensis decreverat predictam ecclesiam et episcopatum villis, possessionibus et aliis bonis donandam, fundandam et dotandam. Sed quod [11]) pius Rex pie conceperat, morte proh dolor preventus adimplere nequivit, nos siquidem tandem sceptra regiminis et gubernacula regnorum dicti patris nostri feliciter optinentes, volentes propositum predictum et voluntatem laudabilem ipsius perducere ad effectum, considerantes quoque, quod rerum

temporalium ac earum [12]) spaciosum dominium ad futuram gloriam promerendam [13]) nil ferant [14]), nisi quatenus ad pias causas seu caritatis opera convertantur [15]); nam etiam hoc nostrorum predecessorum principum providencia [16]) diligenter advertens pro eadem consequenda gloria et divini cultus intuitu kathedrales et collegiatas tam secularium quam regularium ecclesiasticarum personarum et alias diversas ecclesias in regnis et terris eis subiectis, villis, possessionibus, proventibus ac bonis aliis copiosissime dotarunt et diversis libertatum prerogativis et privilegiis decorarunt, eorum exemplo commonite, tam salubribus eorum vestigiis inherere volentes ob remedium salutis dicti genitoris ac nostre nostrorumque successorum in ampliacionem cultus divini quasdam quinque possessiones nostras regales, quarum quatuor ad castrum nostrum Sanok et una ad castrum nostrum Primislyense in dicto regno nostro Ruscie [17]) hactenus pertinuerunt, ab ipsis castris nostris removentes et recipientes ac ab omni iurisdicione et iudicatu quorumlibet capitaneorum, castellanorum, iudicum, subiudicum ac omnium singulorum officialium nostrorum penitus et per omnia in perpetuum eximentes et liberantes Bresen et Domarethz situatas in aqua Stobnicza vocata, item villas Rauna, Cyrgow et Radympna [18]) nuncupatas cum omnibus et singulis iuribus, dominiis, agris, terris cultis et incultis, pratis, silvis, nemoribus, rubetis, quercetis, mellificiis, virgultis, molendinis, pisscinis *(sic)*, aquis aquarumve decursibus, venacionibus, aucupacionibus, piscacionibus in possessionibus predictis et nemoribus eis adiacentibus ac aliis proventibus ad ipsas pertinentibus, prout ipse possessiones in suis limitibus seu graniciebus circumferenciáliter sunt distincte seu fundate et locate et prout eciam ipsas predecessores nostri possederunt et nos possedimus et tenuimus hucusque, de manibus nostris regiis predicte ecclesie in honore [19]) virginis gloriosissime Marie et sancti Iohannis Baptiste de novo in dicta civitate Primisliensi pro [20]) kathedrali fundande et per consequens venerabili in Christo patri dicto domino Erico episcopo Primislyensi ac aliis episcopis ei in dicto episcopatu canonice succedentibus necnon episcopatui eiusdem ecclesie in perpetuam elemosinam obtulimus, dedimus, contulimus et donavimus, ymmo de consensu et beneplacita voluntate serenissime principis domine Elyzabeth premissa Dei gracia Regine Hungarie, Polonie, Dalmacie etc., genitricis nostre carissime, ac prelatorum et baronum regni nostri consilio prematuro offerimus, damus, conferimus et donamus perpetue et irrevocabiliter possidendas, libere tenendas pariter et habendas. Ut autem tam salubris nostre celsitudinis donacio et dotacio tractu temporis per quempiam non possit in irritum revocari, presentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus reverendissimi in Christo patris et domini domini Demetrii miseracione divina tituli [21]) Sanctorum Quatuor Coronatorum sacrosancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis, sancte Strigoniensis ecclesie Gubernatoris perpetui

locique eiusdem Comitis similiter [22]) perpetui et aule nostre fidelis Cancellarii, anno domini millesimo trecentesimo octoagesimo quarto, tercio Nonas Aprilis, regni autem nostri anno tercio, reverendissimis [23]) et venerabilibus in Christo patribus: eodem domino Demetrio Gubernatore ecclesie Strigoniensis perpetuo, Lodouico Colocensi, Petro Iadrensi, Vgulino Spalatensi [24]) et Vgone Ragusiensi Archyepiscopis; Emerico Agriensis, Paulo Zagrabiensis, Gublino Transsiluanensis [25]), Valentino Quinque Ecclesiarum decretorum doctore, Iohanne Waradiensis, Guillermo Iauriensis, Benedicto Wesprimiensis, Iohanne Chanadiensis, Georgio Boznensis, Petro Wacyensis, Iohanne Syrimiensis, fratre Dominico Nytriensis, Paulo Tymniensis [26]), Demetrio Nonensis, Grisogono [27]) Traguriensis, Matheo Sybinicensis, Beneuenuto Pharensis, Iacobo Makarensis, Mychaele [28]) Scardonensis [29]) et Thoma Sceniensis [30]) Ecclesiarum Episcopis, ecclesias Dei feliciter gubernantibus, Corbauiensi [31]) sede vacante; magnificis viris Nicolao de Gara regni nostri Palatino et Iudice Comanorum, Ladizlao Voyuoda Transsiluano [32]) et Comite de Zonuk, Comite Nicolao de Zeech Iudice curie nostre, Stephano de Lindua tocius regni Sclauonie, Stephano Dalmacie et Croacie ac Stephano filio Phylipus (*sic*) de Machon Banis, Nicolao dicto Zambou [33]) Tavarnicorum [34]), Blasio dicto Forgach Pincernarum, Nicolao filio Nicolai de Telegd Ianitorum, Ladizlao filio Nicolai de Wessen [35]) Dapiferorum et Stephano filio condam domini Dyonisii Agazonum nostrorum Magistris, predicto Nicolao dicto Zambou [36]) Comite Posoniensi aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Oryginał pergaminowy wcale dobrze zachowany, lecz bez pieczęci i sznurków od niej, znajduje się w archiwum kapituły przemyskiej obrz. łac. Uprzejmości ks. kanonika Łobosia i pośrednictwu p. M. Błażowskiego mam do zawdzięczenia, że oryginał ten mogłem tutaj skopiować Na odwrotnej stronie kilka napisów, jeden współczesny ręką bardzo podobną do oryginału, brzmi: *Cor et Coll* (co ma pewno znaczyć: *correctum et collationatum*), drugi ręką także prawie współczesną podaje treść dyplomatu. Według dwóch innych napisów oblatowano dokument ten dwukrotnie: *w ziemstwie przemyskiem feria quarta post festum s. Annae matris Deiparae Virginis Mariae proxima die videlicet 28. mensis Iulii a. d. 1773 ad personalem oblationem generosi Matthaei Filipowski castrensis Premisliensis subdelegati iurati et illustrissimi episcopi Premisliensis pleni potentis*, a powtórnie w *grodzie sanockim feria secunda post festum s. Lucae evangielistae videlic die 25. mensis Octobris a. D. 1773 ad personalem oblationem adm. rndi. Antonii Golaszeski in Odrzykoń curati.* Drukował zaś dokument ten najprzód według tego samego oryginału niewymieniony z nazwiska wydawca w czasopiśmie: *Przyjaciel Chrześciańskiéj Prawdy* (Przemyśl 1833. Rocznik I., zeszyt I. str. 100—104), potem nie znając tego oddruku *K. hr. Stadnicki* w dziele *Synowie Gedymina* (II., 250—253) według kopii z tabuli lwowskiej *libr. testamentorum nov. 56 p. 155.* Omyłki główniejsze popełnione w *Przyj. Chrz. Pr.* podaję poniżej w notach, myłek znajdujących się w oddruku K. hr. Stadnickiego nie wymieniam, już dlatego że mając oryginał przed

sobą nie potrzebujemy się zajmować oddrukiem, choć starannym, ale z nie bardzo wiernej kopii dokonanym.

Przywilej ten przedłożył do zatwierdzenia królowi Zygmuntowi I. ówczesny biskup przemyski i podkanclerzy koronny Maciej Drzewicki a król go zatwierdził *Pyotrcoviae in conventione generali feria quarta post dominicam Reminiscere proxima* (27 Lutego) *anno domini millesimo quingentesimo decimo, regni nostri anno quarto.* Potwierdzenie to nie zawiera prócz zwykłych formuł i szczegółów, że dobra w dokumencie Maryi wymienione znajdowały się także w r. 1510 w posiadaniu biskupów przemyskich (są zresztą i dzisiaj ich własnością) i że pieczęć u oryginału była złamana, nic ważnego z wyjątkiem licznego szeregu świadków, który tak brzmi:

> Praesentibus reverendissimis et venerandis in Christo patribus dominis Andrea Gnesnensi ac Primate, Bernandino Leopoliensi Archiepiscopis, Ioanne Cracoviensi, Vincentio Vladislauiensi, Ioanne Poznanieusi, Erasmo Plocensi, Luca Varmiensi, Mathia Premisliensi et regni nostri Vicecancellario Episcopis, necnon magnificis, venerabilibus, generosis Spitkone de Iaroslaw Castellano Cracoviensi, Nicolao de Camyenyecz Cracoviensi, Nicolao Gardzina de Ludbrancz Calisiensi, Ambrosio de Pampow Siradiensi, Iaroslao de Lassko Lanciciensi, Nicolao de Coszczyelecz Brestensi, Nicolao de Crethkow Iunovladislaviensi, Stanislao Kmitha de Wisznicze Russiae, Nicolao Firlyey Lublinensi, Stanislao de Srensko Plocensi, Prandotha de Thrczyana Ravensi Palatinis, Ioanne de Calinowa Poznaniensi, Cristoforo de Schidlowyecz Sandomiriensi, Ioanne de Przeramb Siradiensi, Iordano de Brudzewo Calisiensi, Nicolao de Pilcza Visliciensi, Nicolao de Schidlowyecz Radomiensi, Nicolao Iordan de Zakliczyn Byeczensi, Thoma de Bartnyky Plocensi, Andrea de Radzyeyowicze Sochaczoviensi, Luca de Gorka Sandecensi et Maioris Poloniae generali, Stanislao de Coszczyelyecz Iunowladislaviensi, Stanislao de Sprova Zarnovicensi Castellanis, Ioanne de Lassko Coadiutore Gneznensi et regni Poloniae Cancellario, Stanislao de Chodecz regni Poloniae Marszalco Leopoliensi et Cameneczensi Capitaneo, Ioanne Lathalski Praeposito Cracoviensi, Stanislao de Gorka Calisiensi Secretariis nostris, Stanislao de Iaroczyn Marsalco Curiae nostre et Capitaneo Iunivladislaviensi, Stanislao Lanskorunsky de Brzezye Pincerna Sandomiriensi ceterisque dignitariis, officialibus et curiensibus nostris, testibus ad praemissa. Datum per manus eiusdem reverendi patris domini Ioannis Coadiutoris Gneznensis et regni Poloniae Cancellarii de Lasko, sincere nobis dilecti.
>
> Ioannes Coadiutor et Cancellarius
> subscripsit.

Zatwierdzenie to wydrukowano w całem brzmieniu w czasopiśmie przemyskiem *Przyjaciel Chrześc. Prawdy*, rocznik I., szeszyt II., str. 85—88. Szereg świadków jest w zatwierdzeniu tem o tyle ważniejszy, ponieważ pokazuje, którzy senatorzy i inni dignitarze byli obecni na sejmie piotrkowskim z r. 1510, na którym się traktowała sprawa pruska i przygotowania do zjazdu poznańskiego z r. 1510.

O nadanym w dokumencie powyższym biskupom przemyskim Radymnie czytamy w czasopiśmie przemyskiem *Przyjaciel Chrześc. Prawdy* (1833, rocznik I., zeszyt III., str. 105 i 106) następujące ciekawe wiadomości:

„Radymno czyli Radympna wsią było, gdy się dostało w posiadłość biskupów. Władysław król polski zamienił je na miasto (*in civitatem*) na prośbę Jana Lubiniusza bisk. przem., każąc, by się zwało Radymno, by się rządziło prawem teutońskiem czyli magdeburskiem, uchyliwszy wszelkie prawa i zwyczaje polskie i ruskie prawu temu przeciwne. Dla podniesienia miasteczka nadał mu przywilej na targi we dnie wtorkowe i na jarmark trzechdniowy, coroczny na św. Wawrzyniec, z którego i kupcy i kupujący bez opłaty targowego lub innego poboru jarmarkowego do domów wracać mieli. Przywilej sam wydany jest z *Krakowa w poniedziałek* to jest nazajutrz *po niedzieli Iudica me* (to znaczy 19. marca) *r. 1431* w obecności Wojciecha arcybiskupa gnieźnieńskiego i prymasa, Zbigniewa krakowskiego, Jana włocławskiego biskupów, Mikołaja z Michałowa kasztelana, Jana na Tarnowie wojewody, Pawła z Bogumiłowic sędziego krakowskich, na ręce kanclerza koronnego Jana biskupa włocławskiego i Władysława z Oporowa doktora dekretów, proboszcza łęczyckiego i św. Floryana w Krakowie, podkanclerzego.

„Kazimierz Jagiellończyk król polski mając wzgląd na przymioty, usługi i doświadczoną dla siebie i dla kraju wierność (*habendo respectum ad non mediocrem virtutem meritorumque redolentiam necnon erga nos et regnum nostrum acceptissimam devotionem*) X. Mikołaja Błaszkowicza bisk. przem. nadał miasteczku przywilej na jarmark drugi w dzień św. Mateusza, który trwać miał przez całe dni ośm, zastrzegając dla kupców wolność i bezpieczeństwo wszelkie, równie jak dla kupujących. Przywilej wydanym jest w *Nowem Mieście Korczynie we czwartek po Oktawie Bożego Ciała* (to znaczy 11. Czerwca) 1467 r. Obecnymi byli Jan z Rytwian w. marszałek koronny, Michał Lassocki podskarbi, starosta łęczycki i marszałek nadworny, Maciej z Wassni krajczy koronny, Mikołaj Roża z Borysowicz kasztelan zawichoski, ochmistrz najjaśn. Elżbiety królowej polskiej, Stanisław z Szydłowca kasztelan żarnowski, ochmistrz dziatek królewskich. Na ręce X. Wojciecha z Żychlina kustosza sandomierskiego, kanonika gnieźnieńskiego, krakowskiego, kujawskiego, poznańskiego, podkanclerzego koronnego.“

[1]) M dopisano znacznie później ręką niezgrabną i bledszym atramentem w zostawionem na inicyał okienku. [2]) Litery *t* i *c* niczem się nie różnią w oryginale. [3]) Początkowa wielka litera *B* bardzo podobna do *W* w oryginale. [4]) Przyj. Chrześc. Prawdy błędnie *altioris*. [5]) Przyjaciel Chrześc. Prawdy błędnie: *inveniatur*. [6]) Zamiast *serie* w Przyj. *sic*. [7]) Zamiast *quod* w Przyj. błędnie *quia*. [8]) *Regunt et disponunt* w Przyj. [9]) Tylko tutaj *Premislyensis*, we wszystkich następnych miejscach *Primislyensis*. [10]) *Certas* w Przyj. [11]) Błędnie *quae* w Przyj. [12]) *Eorum* w Przyj. [13]) *Promovendam* błędnie w Przyj. [14]) Tak całe to zdanie stoi w oryginale, mimo to sensu nie widzę, powinno przecież być *res temporales* zamiast *rerum temporalium*. [15]) *Convertant* w Przyj. [16]) *Prudentia* błędnie w Przyj. [17]) *Russie* w Przyj. [18]) *Brezen = Brzozów* miasteczko powiatowe. *Domarethz = Domaradz* wieś w powiecie brzozowskim. *Rauna = Równe*, *Cyrgow = Cergowa* wsie w powiecie krośnieńskim w pobliżu Dukli. *Radympna = Radymno* dziś miasteczko w powiecie jarosławskim. Bliższą o nim wiadomość znajdzie czytelnik powyżéj w objaśnieniach. [19]) Tak w oryginale, a nie *in honorem*. [20]) *Prae* w Przyj. [21]) W Przyjacielu *etc*. Tego atoli nie ma tutaj; *etc*. pisze pisarz zupełnie inaczej. Tutaj mamy dwa *c* albo raczej dwa *t* (w dyplomacie bowiem nie ma żadnej różnicy pomiędzy *c* a *t*) a nad tem znak skrócenia, co rozwięzuję: *tituli*. [22]) *Similiter* nie ma w Przyj. [23]) Przed *reverendissimis* spodziewalibyśmy się *presentibus*,

tego atoli nie ma w oryginale. [24]) *Spalacensi* w Przyj. [25]) *Tnassilvanen.* w Przyj. [26]) *Zymirien.* w Przyj. [27]) *Chrisogono* w Przyj. Stoi tu atoli niewątpiwie *Grisogono.* Pomiędzy inicyałami *C*, *T*, *G*, *S* zachodzi rzeczywiście w piśmie tego dyplomatu wielkie podobieństwo, tak że tylko po długiem rozpatrywaniu się potrafi się odróżnić osobliwe każdej litery znamiona. Inicyały *B* i *W* także są wielce do siebie podobne [28]) *Mych* w Przy.; stoi tu rzeczywiście *Mych*, ale ze znakiem skrócenia. [29]) *Gardonen* w Przyj. [30]) *Scemen.* w Przyj. [31]) *Corbanien.* w Przyj. [32]) *Tnassiluano* w Przyj. [33]) W Przyj. niewątpliwie błędnie *Zambon.* [34]) *Tavanicor.* w Przyj. [35]) *Vieszen* w Przyj. [36]) *Zambon* w Przyj.

XVI.

W Przemyślu 8. Maja 1385 r.

Emeryk Bebek starosta ruski poświadcza, że Piotr Stryjski zapisał wieś swą Pnekolt, dziś Pnikut, na rzecz biskupów przemyskich.

In Nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis Amen. Generis humani quilibet volens et desiderans sue salutis eternam beatitudinem fideliter acquirere et feliciter contemplari, congruum est in perpetuum laudabile, ut per ipsum via supremi eteris et celestis glorie mettadus (*sic*) acquiratur, per quod anima sua ad paradisi gaudia valeat pervenire et in divine potestatis conspectu cum prefulgentissimis celorum virtutibus in evum iocundanter gratulari et suum Creatorem benedicere, tueri et laudare in secula seculorum. Nos igitur Emericus Bebek totius Regni Russie capitaneus ad universorum notitiam, presentium et futurorum harum literarum testimonio et vigore volumus pervenire, quod nobilis vir discretus dominus Petrus Strysky in anno domini millesimo tricentesimo octuagesimo quinto, octavo die festi beatorum Philipi et Iacobi apostolorum in civitate Premisliensi in nostram personaliter accedens presentiam, non compulsus, nec coactus, sed ex innata benivolentia et spontanea voluntate, sanus mente et corpore proposuit, retulit et confessus extitit tali modo: quod quin ipse memor sue salutis, volens viam salutiferam anime sue, ipso adhuc vivente, ad celestis glorie patriam directe ducendam, preparare, attendens etiam, ut cuilibet creature in die tremendi iudicii, afflictionis et ultionis de sua vita, que gesserit in hac lacrimarum valle, suo Creatori rationem oporteat asignari, pro eo quandam villam suam Pnekolt [1]) vocatam, in districtu Premisliensi sitam et existentem, kathedrali ecclesie in dicta civitate Premislia in honorem beatissime Marie et semper Virginis edificate et constructe et per consequens gubernatori eiusdem ecclesie, qui est de presenti,

vel qui erunt temporibus futuris, cum omnibus suis utilitatibus, fructuositatibus, redditibus, obventionibus, sub eiusdem veris metis et talis (*sic*) granitiebus, quibus ipsa possessio Pnekolt per ipsum dominum Petrum Strysky usa fuisset et possesa, et generaliter omni iure et quolibet vigore instrumentali, qua (*sic*) idem dominus Petrus iam dictus ipsam villam Pnekolt tenuit et possedit, legavit, dedit, contulit et donavit perpetue et inrevocabiliter servituram, nullum ius, nullumve dominium prefatus dominus Petrus pro se vel suis heredibus ac successoribus in dicta possessione Pnekolt reservando. In cuius rei testimonium uberioremque firmitatem presentibus sigillum nostrum autenticum est appensum. Datum loco et termino prenotatis, presentibus nobilibus et discretis viris dominis Iohanne Decano eiusdem ecclesie, Plebano Premisliensi, Waskone in Episcopum electo Rutenorum, Chotkone Bibelsky, Herborto Dobromilsky, Michaele Advocato Premisliensi, Iohanne Gerlati, Martino, Henrico, Georgio, Stanlone Consulibus Premisliensibus necnon aliis plurimis fidedignis.

Oryginał pergaminowy, dobrze zachowany w arch. kap. obrz. łac. w Przemyślu. Pieczęć wraz z paskiem, na którym wisiała, oderwana, pozostały tylko dwa wcięcia w pergaminie. Dokument ten był poprzednio drukowany z licznemi myłkami w czasopiśmie: Przyjaciel Chrześciańskiej Prawdy (Przemyśl 1833, rocznik I., zeszyt IV., str. 84 i 85), gdzie go wytłoczono według jakiejś kopii, ponieważ, jak pisze wydawca (str. 84) „oryginał się spalił," co, jak widzieliśmy, nie jest prawdą.

[1]) Pnikut wieś w powiecie mościskim i dzisiaj należąca do rz. kat. kapituły przemyskiej.

XVII.

W Budzie 6. Października 1385 r.

Marya królowa węgierska nadaje Janowi synowi Andrzeja de Pallugya wsie Dmytrowice, Jerzmanice, Pleszowice i Popowice.

Nos Maria Dei gracia Regina Hungariae, Dalmaciae, Croaciae etc. memoriae commendamus tenore praesencium. Significámus quibus expedit universis, quod serenissimo et excellentissimo Principe olim domino Ludouico praemissa Dei gracia Rege Hungariae, Poloniae, Dalmaciae etc. felicis et laudandae recordationis genitore nostro benignissimo, volente Domino coeli, cuius nutu omnia reguntur et disponuntur, absque prole masculina de medio sublato, nobisque iure successionis [1]) et ordine geniture coronam et solium dicti regni Hungariae ac sceptra regiminis ipsius genitoris nostri feliciter adeptis, Iohannes

filius Andreae de Pallugya ad nostram ac serenissimae principis dominae[2]) Elisabeth eadem gracia Reginae Hungariae[3]) genitricis nostrae benignissimae[4]) veniendo praesentiam, suas fidelitates et obsequiorum merita, quibus primum[5]) eidem domino regi Ludouico ac tandem nobis possetenus studuit complacere, proponens ac in memoriam nostrae revocans Maiestatis, portionem possessionariam in possessione[6]) Demetrouich[7]) vocata, habitam, quae quondam Dessk ac porciones possessionarias in possessionibus Iesmanich[8]), Pleseuich[9]) et Popouich[10]) vocatis, habitas et existentes, quae quondam consortis Ivan, hominum, ut fertur, absque heredibus utriusque sexus defunctorum, praefuisse asseruntur[11]) in regno nostro Russiae in districtu Premisliensi existentes, racioneque praevia ad manus nostras regias devolutas, sibi et Ladislao et Michaeli uterinis, nec non Andreae filio Philippi patrueli fratribus suis a nobis perpetuo conferri postulavit. Nos igitur, quae cunctorum merita animo debemus metiri pietatis, consideratis praemissis fidelitatibus et fideliorum obsequiorum meritis ipsius Iohannis, quibus idem primum annotato domino regi Ludouico et demum, ut praemencionatum, eodem de medio sublato, nobis locis et temporibus oportunis, iuxta possibilitatis suae exigenciam indesinenter studuit complacere[12]), praedictas porciones possessionarias in dictis possessionibus Demetrouich, Iesmanich, Pleseuich et Popouich vocatis, habitas annotatas quondam Dessk et dominam quondam[13]) consortem Ivan de iure contingentes, prout eaedem[14]) de iure nostrae regiae pertinere discernuntur collationi, cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis universis[15]) sub eisdem[16]) metis et terminis ac condicionibus[17]), quibus[18]) per praefatos condam Dessk et dominam consortem Ivan habitae fuerunt et possessae[19]) de consensu eiusdem dominae[20]) genitricis nostrae praelatorumque et baronum nostrorum consilio praematuro, eidem Iohanni ac Ladislao, Michaeli et Andreae fratribus suis eorumque heredibus et posteritatibus universis damus, donamus[21]) et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas et habendas, testimonio praesentium mediante[22]), salvo duntaxat iure alieno. Datum Budae in Octavis festi beati Michaelis Archangeli anno Domini MCCCLXXXV.

Z kopii zamieszczonej w tomie VIII. tek Naruszewicza pod Nr. 208, zaznaczonej „*Ex libello Iurium Austriae, praetensarum ad Russiam*“. Odpisu udzielił mi łaskawie dr. Fr. Piekosiński. Poprzednio już drukowano dokument ten w dziele „Zbiór deklaracyi not i czynności, które poprzedziły i zaszły podczas sejmu pod węzłem konfederacyi odprawującego się od dnia 18. września 1772 do 14. maja 1773“, a z dzieła tego przedrukował go K. hr. Stadnicki w książce swej: Synowie Gedymina II., 253 i 254. Odmianki zachodzące pomiędzy naszym textem, a textem hr. Stadnickiego znajdzie czytelnik poniżej podane. Text hr. Stadnickiego jest widocznie skrócony.

[1]) *Successoris* w ręk. [2]) *Dominae* nie ma u St. [3]) Od *eadem* do *Hungariae* nie ma u St. [4]) *Benignissimae* nie ma St. [5]) *Pridem* u St. [6]) *Possessionem* w ręk. [7]) Dmytrowice w powiecie

przemyskim, o milę od Radymna. [8]) *Iesmanuich* u St. [9]) *Pleszovich* u St. [10]) *Iesmanich* a więc pewnie Jerzmanice, takiej wsi dzisiaj nie ma w Galicyi. *Pleseuich* = Pleszowice, wieś w powiecie przemyskim. *Popouich* = Popowice, wieś w powiecie przemyskim. [11]) *Asserentur* w ręk. [12]) Całego ustępu od *quae cunctorum* aż do *complacere* nie ma u St. [13]) *Condem* w ręk. [14]) *Eaedem* nie ma St. [15]) *Universis* nie ma St. [16]) *Eisdem* nie ma St. [17]) *Ac condicionibus* nie ma St. [18]) Po *quibus* ma St. *eisdem*. [19]) *Et possessae* nie ma St. [20]) *Dominae* nie ma St. [21]) *Dedimus, donavimus* w ręk. [22]) Ustępu od *et irrevocabiliter* do *mediante* nie ma u St.

XVIII.

We Lwowie 1. Listopada 1385 r.

Emeryk Bebek, starosta ruski, opierając się na rozkazie królowej węgierskiej Maryi z dnia 6. Października 1385, dosłownie przytoczonym, wprowadza Jana syna Andrzeja de Kis Pallugya w posiadanie wsi Dmitrowic, Jerzmanic, Pleszowic i Popowic.

Nos Emericus Bebek totius Regni Russiae Capitaneus significamus tenore praesentium, quibus expedit universis, quod Iohannes filius Andreae nobilis de Kis Pallugya de comitatu Liptouiensi literas serenissimae principis Mariae Dei gratia Reginae Hungariae, (*Dalmaciae, Croaciae etc. nobis praesentavit, quarum tenor sequitur in hunc modum*:

Maria Dei gratia Regina Hungariae [1]), Dalmaciae, Croaciae etc. fidelibus suis magnifico viro domino Emerico Bebek capitaneo Regni totius Russiae etc. vel castellano cuidam Premisliensi salutem et gratiam. Cum nos porciones possessionarias hominis cuiusdam Dessk dicti, qui, ut dicitur, absque heredum solacio universe carnis debitum persolvisset, Demetrouich et alias porciones eiusdem ubicunque locorum situatas et quocumque nomine vocitatas, item Iesmenich, Pleseuich et Popouich [2]) vocatas ad prefatum castrum (*Premisl* [3]) vocatum spectantibus et pertinentibus, Iohanni, Ladislao et Michaeli filiis Andree de Kis Pallugya et Andree filio Philippi de eadem, aliis literis nostris mediantibus nove donacionis titulo duximus concedendas, eosdemque in dominium earundem possessionariarum porcionum volumus per vestram fidelitatem legitime statuere et introduci; fidelitati igitur vestre mandamus et committimus praesentibus perceptis, eosdem Iohannem, Ladislaum, Michaelem et Andream in dominium earumdem porcionum possessionariarum introducere et cosuetudinibus dicti regni Russiae statuere debeatis premissae nostrae novae donacionis titulo possidendas. Datum

Budae in octavis festi beati Michaelis Archangeli anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto.

Nos itaque praesentes literas dominae nostrae Reginae honorabiliter, ut tenemur, acceptavimus, porcionesque possessionarias Demetrouich et alias eciam pertinentes cuiusdam hominis Dessk vocati, absque heredum solacio decessi et defuncti, necnon Iesmenich, Pleseuich et Popouich ad castrum pertinentes et spectantes sepedictis Iohanni, Ladislao, Michaeli ac Andree fratribus suis iuxta praeceptum literarum Reginalium assignavimus imperpetuum et statuimus, ipsis heredum ipsorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas et habendas nullius contradiccione obviante. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem praesentes sigillo nostro consignantes eidem Iohanni et fratribus suis praenotatis duximus concedendas. Datum in (*Lem*)burga [4]) eadem, die festi omnium Sanctorum anno praenotato.

Z kopii zamieszczonej w tomie VIII. tek Naruszewicza pod Nr. 209, zaznaczonej „Ex Pratensionibus Austriacis cum Russiam invaderent 1773". Odpisu udzielił mi dr. Fr. Piekosiński. Z powyższych czterech dokumentów trzy pierwsze t. j. Nr. XIV., XV. i XVII. drukował już K. hr. Stadnicki, Synowie Gedymina II., 248—254, czwartego t. j. XVIII. atoli nie znał. W dziele tem wykazał także autor (str. 106 i 254) umiejętnie i dosadnio ważność i znaczenie tych dokumentów, jedynych w całej rozciągłości znanych a świadczących o panowaniu królowej Maryi nad Rusią Czerwoną.

[1]) Cały ten nawiasem objęty ustęp w kopii opuszczony. [2]) Co do miejscowości tych zobacz dokument poprzedni Nr. XVII. [3]) Zamiast nazwy *Premisl* znajduje się w kopii tylko linijka. [4]) Zamiast *Lem* w kopii tylko pauza.

XIX.

W Jarosławiu 18. Lutego 1387 r.

Jadwiga królowa polska przywileje ziemi przemyskiej zatwierdza i pomnaża.

In nomine domini Amen. Cum humani generis labilis existat memoria, nec gesta principum perpetuo duratura per ipsam valeant conservari, nisi scripturarum serie firmiter fuerint roborata, proinde nos Heduigis Dei gratia Regina Polonie Litwanieque princeps suprema et heres Russie etc. significamus tenore presencium, tam presentibus quam fu-

turis harum noticiam habituris, quibus expedit universis, quod consideratis et in animo nostro diligencius revolutis fidelibus et multiplicibus serviciis, ac inmensa fidelitatis constancia, quam erga nostros progenitores ac demum nostram Maiestatem nostri fideles dilecti . . Milites . . Nobiles . . Clientes . . Advocatus . . Consules . . Cives totaque comunitas districtus nostri Przemisliensis exhibuit et exhibere prestancius, adaucto fidelitatis studio, divina suffragante clemencia, non desinent in futurum, horum intuitu ipsos nostris benignis favoribus prosequi cupientes, et ut mali bonis visa nostra pietate tantocius debeant aclinari, eosdem et eorum quemlibet in suis privilegiis, iuribus, libertatibus ab antiquo habitis conservantes, ipsa iura, privilegia confirmamus, ratificamus, approbamus et tenore presencium ascribimus perpetuo valitura et melioramus, prout inferius est expressum. Adiungimus eciam . . Militibus . . Nobilibus . . Clientibus . . Civitatum Consulibus . . Civibus totique comunitati districtus nostri predicti, quod cum ipsos seu ipsorum quemlibet nobiscum vel nostro . . Capitaneo, pro tempore constituto, ad expedicionem transire contingerit (*sic*), tunc ipsis et eorum cuilibet pro dampnis, captivitate stare volumus et ipsis dare iuvamina, tamen iuxta consuetudinem per progenitores et antecessores nostros alias observatam, promittentes eundem districtum Przemisliensem a Corona Regni nostri Polonie in perpetuum non alienare, nec in manus alicuius ducis vel principis tradere, nec eciam aliquem ducem vel de ducali genere descendentem in capitaneum preficere ibidem nisi Polonum vel Rutenum de nobili genere procreatum. Volumus insuper episcopos Przemislienses, prelatos, canonicos et utrumque capitulum, videlicet Catholicum et Ruthenicum, et ecclesias ac bona et villas eorumdem circa iura ipsorum et consuetudinem antiquitus observatam perhenniter conservare. In quorum omnium premissorum evidens testimonium presentes scribi fecimus nostrique appensione sigilli munimine roborari. Actum in Iaroslaw feria secunda Carnisbriuii (*sic*) anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo. Datum per manus honorabilis viri Kelczonis Prepositi sancte Marie in civitate Cracouiensi, aule nostre Cancellarii.

Oryginał pergaminowy, opatrzony niegdy jedną pieczęcią, której już nie ma. Własność biblioteki w Suchej. Odpisu udzielił mi dr. Fr. Piekosiński.

XX.

W Rzymie 8. Czerwca 1397 r.

Bonifacy IX. papież poleca Piotrowi biskupowi krakowskiemu, aby zawyrokował w sprawie spornej o granice dyecezyi pomiędzy biskupem przemyskim a arcybiskupem halickim.

Bonifacius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri .. episcopo Cracouiensi salutem et apostolicam benediccionem. Exhibita nobis pro parte venerabilis fratris nostri Mathie episcopi Premisliensis peticio continebat, quod licet antequam clare memorie Kazimirus Rex Polonie partes illas, que per infideles detinebantur, ad sinceritatem Catholice fidei et unitatem sacre Romane ecclesie potenter reduxisset, ecclesia Premisliensis certam limitatam diocesim habuerit, tamen post reduccionem eandem venerabilis frater noster Iacobus archiepiscopus Haliciensis in alienam messem falcem mittens magnam partem dicte diocesis, asserens illam ad suam Haliciensem diocesim pertinere, usurpare conatus fuit et conatur in episcopi et Premisliensis ecclesie predictorum non modicum detrimentum. Quare pro parte dicti .. episcopi Premisliensis nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi super hoc providere de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati, Fraternitati Tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus vocatis prefato .. archiepiscopo et aliis, qui fuerint evocandi, de antiquis limitibus dicte diocesis Premisliensis summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii auctoritate nostra te diligenter informes et prout circa huiusmodi limites antiquis temporibus fuisse servatum, inveneris, ita limites eosdem ad statum pristinum reducas et facias inviolabiliter observari, contradictores auctoritate nostra, appellacione postposita, compescendo, non obstante, si dicto .. archiepiscopo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Rome apud Sanctum Petrum VI. Idus Iunii, pontificatus nostri anno octavo.

Mandat ten wyjęto z wyroku Piotra biskupa krakowskiego datowanego ze Lwowa 24. Września 1398 a oddrukowanego i opisanego poniżej pod Nr. XXI.

XXI.

We Lwowie 24. Września 1398 r.

Piotr biskup krakowski odgranicza z polecenia papieskiego biskupstwo przemyskie od arcybiskupstwa halickiego.

Nos Petrus [1]) Dei gracia episcopus Cracoviensis necnon sacrosancte Romane ecclesie prothonotarius, commissarius ad infra scripta per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum, dominum Bonifacium divina providencia papam nonum specialiter deputatus, notum facimus, quibus expedit universis, presentes nostras definitive limitacionis dyocesum literas inspecturis, quod cum dudum inter reverendos in Christo patres dominos.. archiepiscopum Haliciensem actorem ex una et .. episcopum Premisliensem tunc reum parte ab alia de et super limitibus et greniciis dictarum diocesum exorta fuisset materia questionis, sanctissimus in Christo pater et dominus Urbanus felicis recordacionis papa sextus certa suarum comissionis serie literarum ad instanciam domini Bernhardi olim archiepiscopi Haliciensis reverendissimo in Christo patri et domino domino Demetrio [2]) tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum presbitero Cardinali dictas Haliciensem et Premisliensem dioceses commisit limitandas, qui dominus Demetrius cardinalis, huiusmodi non limitatis diocesibus, sicud (*sic*) Deo placuit, diem suum clausit extremum. Tandem reverendus in Christo pater dominus Mathias episcopus Premisliensis secundus, cupiens tempore sui regiminis dictas dyoceses et signanter suam Premisliensem limitacioni debite commendare (*sic*), certas commissionis litteras ad limitandum huiusmodi dyoceses a sanctissimo in Christo patre et domino nostro domino Bonifacio superna providencia pape (*sic*) nono predicto sanas, salvas et integras in nostri personam impetravit et impetratas et extractas nobis presentari per suos certos procuratores, ad hoc mandatum sufficiens habentes, humiliter procuravit, quas nos cum ea, qua decuit, reverencia illibatas recepimus huiusmodi sub tenore:

Tutaj następuje mandat papieża Bonifacego IX. do Piotra biskupa krakowskiego z dnia 8. Czerwca 1397 r., oddrukowany powyżéj pod Nr. XX. Potem brzmi wyrok dalej:

Post quarum quidem literarum apostolicarum exhibicionem et recepcionem fuimus per honorabilem Nicolaum Petri de Pilsno canonicum Premisliensem procuratoremque dicti domini Mathie episcopi Premisliensis et pro parte ipsius cum instancia debita requisiti, ut ad execucionem dictorum apostolicorum nobis directorum mandatorum procedere curaremus

iuxta traditam a sede apostolica nobis formam. Nos itaque mandata predicta apostolica, ut tenemur, exequi reverenter cupientes, nostras citacionis literas sub certo termino competenti contra reverendum in Christo patrem dominum Iacobum archiepiscopum Haliciensem et ad instanciam memorati domini Mathie episcopi Premisliensis decrevimus, cuius citationis realiter execute termino veniente prefatorum .. episcopi et .. archiepiscopi procuratores coram nobis personaliter constituti, termino satisfacientes, causam huiusmodi honorabilibus Nicolao decretorum doctori et Petro Strelicz nostris canonicis Cracouiensibus hinc inde in eos consencientes subdelegare pecierunt, quam subdelegacionem in forma solita eorum moti precibus procuratorum duximus concedendam. Qui quidem nostri subdelegati in causa huiusmodi ad actus nonnullos procedentes et in suspenso dimissa indecisa ad dictarum preces parcium ad nos suarum certo tenore literarum decidendam, diffiniendam remiserunt, que omnia et singula hic habentur pro insertis et sufficienter pro expressis. Demumque pro parte dictarum parcium nobis fuit humiliter supplicatum, ut ad fines et ad limites dictarum dyocesum personaliter descendere et easdem re subiecta oculis summarie, simpliciter et de plauo informati sine strepitu et figura iudicialibus limitare et distingwere auctoritate apostolica predicta dignaremur. Nos itaque finem litibus imponere et dictarum amfractus parcium domare nostre humanitatis viribus studiosis sumopere cupientes, dato ad hoc faciendum eisdem partibus die et termino competentibus, ad fines dictarum dyocesum Haliciensis et Premisliensis personaliter descendimus. Et quia ita, ut in nostra sentencia infrascripta sufficiencius, re subiecta oculis testimonioque fidedignorum nobilium, videlicet utriusque dictarum dyocesum terrigenarum, coram nobis personaliter comparencium et deponencium atque ex ostensione privilegiorum et litterarum antiquarum dictis .. ecclesiis per principes, qui pro tempore fuerant, concessarum, summarie, simpliciter et de plano, sine figura et strepitu iudicialibus efficacius comperimus, eo, quo sequitur modo, fore et esse rite et racionabiliter dyoceses huiusmodi distinguendas, ideoque prefatis dominis Mathie (*sic*) episcopo Premisliensi et Iacobo archiepiscopo Haliciensi per nostre citacionis edictum in nostra presencia personaliter constitutis et infrascriptam limitacionis sentenciam per nos ferri et promulgari unanimi consensu petentibus, eandem sentenciam limitacionis dictarum diocesum diffinitivam sufficienter deliberati et informati protulimus huiusmodi sub tenore: Cristi nomine invocato, ipsum solum pre oculis habentes, pro tribunali sedentes, auctoritate apostolica nobis hac in parte concessa, in facto, causa et negocio limitum distinccionum grenicierum Haliciensis, Premisliensis diocesum inter venerabiles patres dominos Mathiam episcopum Premisliensem actorem ex una et Iacobum archiepiscopum Haliciensem reum parte ab alia cepto, innovato coram nobis iudicialiter et exorto, per hanc nostram limitacionis diffinitivam sentenciam dicimus, sentenciamus, declaramus et in

hiis scriptis diffinitive et limitatorie pronuncciamus: Ad ecclesiam Premisliensem et ad eundem dominum Mathiam episcopum Premisliensem ac suos successores, ut ex deposicione fidedignorum comperimus, . . opida, . . castra, . . villas, hereditates quaslibet, quibuscunque nominibus censeantur, in regimine spiritualium a terminis infrascriptis, videlicet primo ubi confiniunt limites Lubaczouienses et Grodecenses usque ad fluvium Rak [3]) vulgariter dictum sive pontem in eodem fluvio situatum et ab eodem ponte sive fluvio dicto Rak progressive et directe transseundo (*sic*) ad fluvium sive lutum Blosew vulgariter dictum et ab eodem fluvio Blosew usque ad illum locum, ubi Blosew predictus cadit in fluvium Dnestr vulgariter appellatum, et sic procedendo per fluxum eiusdem fluvii Dnestr usque ad illum locum, ubi idem fluvius Strig vulgariter appellatus ortus est et surrexit, et usque ad illum locum, ubi idem fluvius Strig in Dnestr fluvium introivit, inclusis castris Tustan, Zambor [4]) necnon districtibus Strigensi, Drohobicensi cum eorum adiacenciis universis, a parte illa dictorum fluviorum situatis, cum pleno iure et dominio spiritualium, quibus idem dominus . . archiepiscopus suo tempore de facto tenuit, cum omnibus iuribus, pertinenciis, fructibus, proventibus, quibuscunque nominibus censeantur, ad eandem ecclesiam Premisliensem et ad prefatum dominum Mathiam episcopum Premisliensem et suos successores perpetuis temporibus pertinuisse et pertinere debere [5]) eundemque dominum Mathiam episcopum et ecclesiam suam in eorumdem castrorum, districtuum, opidorum, villarum et adiacencium eisdem in possessionem, gubernacionem, regimen et tuicionem eorumdem eadem apostolica auctoritate spiritualiter admittendum, ponendum, inducendum et preficiendum fore, quantum in nobis est, admittimus, ponimus, inducimus et preficimus in hiis scriptis memoratoque domino Iacobo archiepiscopo et ecclesie sue Haliciensi et suis successoribus perpetuum super eisdem silencium imponendum fore et imponimus per presentes, expensas inter (*sic*) litis inter ipsos hincinde factas propter bonum pacis et concordie mutuo complanantes. De qua quidem sentencia limitacionis diffinitiva dicti domini Mathias episcopus Premisliensis et Iacobus archiepiscopus Haliciensis optime stantes contenti, pecierunt sibi eam per nos decerni redigendam fore in formam publici documenti et in futurorum memoriam sempiternam nostri appensione sigilli communiri, quod nos eorum moti instanciis studiosis, fieri decrevimus et per notarios publicos redegi (*sic*) et publicari fecimus infrascriptos. Actum et datum in minori castro Lemburgensi anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, indiccione sexta, die vicesima quarta mensis Septembris, hora vesperorum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii superna providencia Pape noni anno nono, presentibus ibidem honorabilibus et nobilibus viris dominis Iohanne de Tarnow Decano, Nicolao de Lappanow Canonico Cracouiensibus, Iohanne

Capella, Iohanne Rutheni Premisliensibus Canonicis, Iohanne de Tarnow Palatino Sandomiriensi et Capitaneo Russie, Manczina de Conyna Burgrabio Lemburgensi, Nicolao Mazouitha testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. N.

Et ego Nicolaus Iaczkonis clericus coniugatus de Premislia, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius predicte diffinitive limitacionis dyocesum sentencie prolacioni, necnon dictarum parcium pro eiusdem diffinitive sentencie prolacione instanti peticioni et ipsius concordi acceptacioni et omnium in ea contentorum unacum prenominatis testibus et circumspecto viro magistro Laurencio Dytconis de Sandomiria clerico coniugato dyocesis Cracouiensis publico apostolica et imperiali auctoritate notario infrascripto presens interfui eaque omnia et singula sic, ut premittitur, fieri vidi et audivi aliisque negociis arduis occupatus per alium fideliter scribi feci, me subscribens manu propria, eandem sentenciam diffinitivam limitacionis dyocesum predictarum in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum appensione sigilli domini episcopi Cracouiensis commissarii prenotati et de mandato ipsius singulari et ad requisicionem ipsarum parcium predictarum consignavi in testimonium premissorum.

S. N.

Et ego Laurencius olim Didconis de Sandomiria diocesis Cracouiensis clericus coniugatus, publicus imperiali auctoritate notarius, predicte diffinitive limitacionis diocesum sententie prolacioni, necnon dictarum parcium pro eiusdem diffinitivo (*sic*) sentencie prolacione instanti peticioni et ipsius concordi acceptacioni et omnium in ea contentarum unacum prenominatis testibus et honesto viro Nicolao Iaczkonis de Premislia eciam clerico coniugato diocesis Premisliensis, notario publico suprascripto, presens interfui eaque sic, ut premittitur, fieri vidi et audivi, ad mandatumque reverendi in Christo patris et domini domini Petri dei gratia episcopi Cracouiensis, commissarii in causa limitacionis diocesum predictarum per sedem apostolicam dati et requisicionem parcium predictarum

me huic instrumento manu propria subscripsi, signo et nomine meis solitis consignavi in testimonium omnium premissorum.

Oryginał na ogromnym arkuszu pergaminu w arch. kapit. obrz. łac. w Przemyślu, po pieczęci pozostał tylko sznurek jedwabny koloru czerwonego i czarnego. Dokument ten był poprzednio drukowany z niektóremi myłkami i opuszczeniem podpisów notaryackich i opisu dyplomatu w czasopiśmie przemyskiem Przyjaciel Chrześciańskiej Prawdy 1833, roczn. I., zeszyt IV., str. 89—95.

Wydawca dodał w czasopiśmie przemyskiem do dokumentu tego niektóre wcale ciekawe objaśnienia, nie podając atoli źródła, z którego je zaczerpnął. Dla rzadkości tego czasopisma podajemy je także tutaj. „Za czasów (biskupa Eryka) — powiada wydawca — granice dyecezyi przemyskiej i lwowskiej nie były należycie odznaczone. Ztąd skargi wzajemne obydwóch pasterzy na siebie w Rzymie. R. 1388 udali się byli przemyscy Dominikanie do lwowskiego arcybiskupa z prośbą o konsekracyą swego kościoła. Arcybiskup zjechał, konsekrował kościół. Ztąd proces między biskupem a Dominikanami, który się zakończył dekretem delegowanych sędziów dwóch kanoników krakowskich, aby Dominikanie biskupa przeprosili, biskup zaś za to uchybienie od łaski swej ich nie oddalał. Widać ztąd, iż Henryk biskup przemyski nie 1387, ale około końca r. 1388 lub później umrzeć musiał.“ Ostatni ten domysł jest wcale słuszny, biskup Eryk bowiem żył jeszcze przy końcu r. 1390, zobacz A. G. Z. III. nr. 51 i 52.

W dodatku do powyżej oddrukowanego dokumentu podaje wydawca wiadomość o mandacie Piotra biskupa krakowskiego, wydanym wkrótce po ogłoszeniu naszego wyroku. „Wyjechawszy ze Lwowa — czytamy w Prz. Pr. Chrz. str. 96—97 — Piotr biskup krakowski apostolski komisarz wydał jeszcze z Jarosławia na dniu 27. Września 1398 uniwersał do Jana ze Lwowa i do Jana z Prandoczyna kościołów parafialnych rządców i kanoników przemyskich, tudzież do duchowieństwa całego dyecezyi przemyskiej nowemi granicami zakreślonej względem exekucyi powyższego wyroku, rozkazując duchowieństwu pod posłuszeństwem i pod karą exkomunikacyi, by ci lub ten, co po przeczytaniu tego dekretu wezwani będą od biskupa Macieja lub od prokuratora jego wprowadzili go do posiadania istotnego granic wspomnionych, to jest miast, wsi, miejsc określonemi granicami objętych, by w 12 dniach po danem sobie od biskupa przemyskiego upomnieniu we wszelkich rzeczach duchownych i słusznych przyzwoite jemu i następcom jego wraz z wiernymi wszelkiej kondycyi płci oddawali posłuszeństwo, składając biskupowi, jak to dotąd dla arcybiskupa halickiego czynili, z dochodów, i z pól zwykłe daniny, jak to prawem lub chwalebnym zwyczajem są zaprowadzone. Nareszcie, by X. Jakóba arcybiskupa halickiego powagą apostolską rzymską upomnieli, aby do rządów duchownych, do sprawowania czynów wszelkich pasterskich w tych obwodach, jako to do wizyt, do ordynacyi, do konsekracyi kościołów, ołtarzy, do święcenia kaplic, naczyń, aparatów nie chciał się więcej mięszać, ani też czynić przeszkód jakich bądź biskupowi przemyskiemu. Gdyby zaś, czego Boże uchowaj, arcybiskup halicki opierał się w czem bądź przeciw temu wyrokowi, czyniąc przeszkody jakie biskupowi przemyskiemu Maciejowi lub jego następcom, zabrania się mu przez pismo niniejsze przystępu do kościoła przez dni sześć. A gdyby po tych dniach 6 interdyktu

trwał przecież następnych dni sześć przy swem przedsięwzięciu, suspendujemy go od sprawowania ofiary. Gdyby zaś po wyrokach interdyktu i suspensyi przez dni sześć drugie, przez dni jeszcze 12, czego broń Boże, uporczywym się okazał, my go wraz z tymi, co mu dawali poradę, pomoc, jawną lub skrytą porękę, w imie pańskie tem pismem exkomunikujemy, którego i których exkomunikacya tak długo co niedziela w kościołach ogłaszać się będzie, dopóki inaczej nie rozkażemy".

[1]) Piotr Wysz z Radolina.

[2]) Kardynał — arcybiskup ostrzychomski i kanclerz węgierski, występujący jako świadek w powyżej oddrukowanych dokumentach królowej Maryi.

[3]) *Rak*, tak stoi tutaj jak najwyraźniej, zwykle zaś zowią rzeczkę tę Rusz.

[4]) Lubaczów miasteczko w powiecie cieszanowskim. Gródek, Stryj, Sambor, Drohobycz miasta powiatowe, Tustań wieś w powiecie stanisławowskim, o 4 kilometry od Halicza.

[5]) Wydawca dokumentu w Przyj. Chrz. Pr. tak oznacza własnemi słowy te granice: „Biskup krakowski takiemi granicami odgrodził od archidyecezyi lwowskiej przemyską dyecezyę: rzeką Stryjem, który od źródeł swoich, aż do ujścia swego w Dniestr miał stanowić ścianę. Od ujścia Stryja Dniestr przedzielać miał dyecezye obiedwie aż do miejsca, gdzie błotnisty potok Błozew sączy się do Dniestru. Tu już opuściwszy Dniestr, do góry bagnem Błozew idąc aż do potoku Rusz zwanego i do granic między Lubaczowem i Gródkiem doszedłszy, przeczne granice oddzieli się".

XXII.

W Nowem Mieście 28. Czerwca 1402 r.

Władysław Jagiełło nadaje braciom stryjecznym Juryemu, Zankowi i Dymitrowi z Ulicza pole Dobre w Sanockiem.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum incommodis prudenter occurrimus, dum [1]) gesta aetatis nostrae litterarum apicibus et testium annotacione perhennamus, proinde nos Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae Lithuaniaeque princeps supremus et heres Russiae etc. significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris, quod attentae mentis intuitu perpendentes gratae fidelitatis studiosa obsequia, quibus Iury. Zany [2]) et Dimetrius fratres patrueles, servitores nostri de Vlicz [3]) cum eorum fratribus nostrae Maiestati plurimum placuerunt et in posterum aucto fidelitatis studio praestantius poterint complacere, quorum intuitu volentes ipsos specialis gratiae praerogativa praevenire et ad obsequia nostra reddere promptiores, ipsis campum nostrum dictum vulgariter Do-

bre [4]) in terra nostra Sanocensi situm, in graniciis istis videlicet a vertice lapidis usque ad vadum dictum Brud Chlumcense [5]) cum omnibus et singulis eius utilitatibus, fructibus, proventibus, censibus, redditibus, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, gaiis, nemoribus, mericis, quercetis, virgultis, venationibus, aucupationibus, mellificiis, piscinis, piscaturis, lacubus, paludibus, molendinis, fluviis, aquis et earum decursibus ac cohaerentiis, pertinentiis et appendiis universis ad eum spectantibus, cum omni iure et dominio damus, conferimus liberaliter et donamus per ipsos Iury, Zanikonem et Dimetrium ac eorum fratres liberosque ipsorum et successores legittimos habendum, tenendum, utifruendum et pacifice perpetuis temporibus possidendum. Racione cuius donationis praefati Iury, Zaniko et Dimetrius ac ceteri illorum fratres seu ipsorum liberi et successores legittimi cum tribus sagittariis bonis ad expeditionem nostram quamlibet nobis et nostris successoribus servire tenebuntur perpetue et in aevum, ad castrum vero nostrum Sanocense in eisdem tribus equis servire debebunt, quociens fuerit oportunum et fuerint requisiti. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Nova Civitate [6]) feria quarta in vigilia sanctorum Petri et Pauli apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo secundo, presentibus his strennuis nobilibusque viris Iohanne de Tanczyn Castellano Cracoviensi, Iohanne de Tarnow Cracoviensi, Petro Kmitha Sandomiriensi, Iohanne Liganza Lanciciensi, Iacobo de Koniecpole Siradiensi [7]) Palatinis et Cristino de Ostrow Castellano Sandomiriensi multisque aliis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Nicolai de Curow sanctae metropolitanae Gnesnensis ecclesiae Archiepiscopi, nobis sincere dilecti.

Dominus Rex per sese.

Acta inductar. inscription. castrens. Haliciens. tom XVII. pag. 711 i 712. Oblatowany został dokument ten w dniu feria IV. post dominicam Reminiscere 1621 r. na żądanie „nobilis Andreae Dobrzański de Dobre districtus Sanocensis.“ Oryginał opisano, że miał pieczęć króla Władysława Jagiełły wiszącą fillo (*sic*) sericeo.

Extrakt z aktów grodzkich z podpisem Jakóba Bydlowskiego podstarościego halickiego potwierdził Władysław IV. we Lwowie 5. Października 1634 r. Pergaminowy oryginał tego potwierdzenia przez cały środek wykruszony przepisał p. M. Błażowski na dniu 27. Marca 1876 r. u p. Gorazdowskiego introligatora w Przemyślu, do którego do oprawy w ramki i za szkło dali go szlachcice z Dobry pod Birczą. Wszyscy potomkowie przywilejatów z wyjątkiem jednego chłopa Częstopiana są wyznania greckiego. Ponieważ jednak potwierdzenie Władysława IV. jest tylko zatwierdzeniem extraktu z aktów grodzkich a oryginałem dla tego extraktu jest oblata znajdująca się w aktach halickich, przeto wydrukowałem dokument według tej zresztą dość poprawnej oblaty a nie według znacznie uszkodzonego potwierdzenia Władysławowego, w którem dzisiaj już całych wierszy odczytać nie można.

[1]) *Dum* nie ma w oblacie. [2]) Dwa te imiona rozmaicie są pisane w oblacie, pierwsze *Iury* albo *Iuny*, drugie na tem miejscu *Zany*, wszędzie dalej *Zaniko*. [3]) Dzisiaj Ułusz albo Ułucz wieś w powiecie bireckim o 9·4 kilom. od Mrzygłodu. [4]) Dzisiaj Dobra wieś w powiecie bireckim o 3·7 kilom. od Mrzygłodu. [5]) Jest wieś Hłumcza w powiecie bireckim o 1·8 kilometra od Mrzygłodu. [6]) Niezawodnie Nowem Mieście Korczynie. [7]) *Siradiensi* nie ma w oblacie.

XXIII.

W Sanoku 9. Grudnia 1402 r.

Ścibor starosta sanocki i najwyższy szlachecki sędzia prowincyonalny poświadcza, że Laczko Wołoch sprzedał wieś swą Blizno za 100 grzywien Maciejowi przemyskiemu biskupowi.

Cunctorum perit memoria factorum, nisi scripture presidio testiumque aminiculo firmentur lucide insignita, idcirco nos Styborius capitaneus castri Sanok, iudex iuris provincialis terrigenarum supremus, Paithko Vngarus de Temeschow, Pakosch de Pakoschowka, Petrassius Wsdowsky dominus de Wsdow, Nicolaus Czeschyk dominus de Tyrawa minori, Mathyasch de Boyschcze, Petrassius de Grabownicza, Nicolaus de Tarnawa et Botha de Morochowa [1]) heredes notum facimus, quibus expedit, universis tam presentibus, quam futuris, harum seriem literarum intuituris: quod accedens nostram nobisque assistencium et assidencium presenciam Laczko Walachus non compulsus, nec coactus, nec alicuius erroris scrupulo circumventus, sed sanus mente pariter et corpore existens, suorum fretus consilio amicorum prematuro, villam suam Blysne [2]) dictam, in districtu Sanocensi sitam, reverendo in Christo patri ac domino domino Mathie Dei gracia episcopo Premisliensi cum omni iure, dominio, usibus, fructibus, censibus, proventibus, emergenciis, decidenciis et appendiis universis, prout eadem villa Blysne supradicta in suis greniczebus (*sic*) et circumferenciis longe lateque est distincta ab antiquo et limitata, quibus ipsam solus habuit, tenuit et possedit, pro centum marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis consueti, videlicet quamlibet marcam specialiter per quadraginta octo grossos computando, recognovit se rite et racionabiliter vendidisse. Quamquidem villam seu hereditatem idem Laczko memorato domino Mathie episcopo Premisliensi coram nobis tempore perpetuo resignavit, faciens ipsum dyocesanum antefatum et suos succedaneos verum et legittimum eiusdem hereditatis perpetuumque possessorem promittens [3]) sepedicto [4]) domino episcopo pro quovis eiusdem hereditatis emte (*sic! sic!*) obligare et ad usus beneplacitos convertere [5]), prout sibi suisque

legitimis heredibus melius et utilius videbitur expedire. In cuius rei testimonium sigillum domini Styborii Capitanei Sanocensis suprascripti maiorem propter evidenciam plenioremque certitudinem presentibus est appensum. Datum Sanok Sabbato proximo post festum Conceptionis Marie anno domini M^mo CCCC^mo secundo X^ma indiccione [6]).

Oryginał pergaminowy w arch. kap. obrz. łac. w Przemyślu, o istnieniu pieczęci świadczą tylko przecięcia w pergaminie. Dokument ten był dawniej drukowany z licznemi myłkami w czasopiśmie Przyjaciel Chrześciańskiej Prawdy (1833, roczn. I., zesz. III., str. 96 i 97).

[1]) Temeszów w powiecie brzozowskim, Pakoszówka w sanockim, Wzdów w brzozowskim, Tyrawa w sanockim, Zboiska w tymże, Grabownica w brzozowskim, Tarnawka i Morochów w sanockim.

[2]) Blizne wieś w powiecie brzozowskim o 8 kilometrów od Brzozowa i dzisiaj do r. k. biskupstwa w Przemyślu należąca. Bezimienny wydawca w Przyj. Pr. Chrz. powiada o tej wsi (roczn. I., zesz. III., str. 96), że na umieszczenie jej wraz z sołtystwem nad rzeką Stobnicą pozyskał był zezwolenie od Kazimierza W. r. 1366 niejaki Falko z Krosna.

[3]) Właściwie stać powinno *permittens* zamiast *promittens*, wyraźnie atoli stoi *promittens*.

[4]) *Dicto* dwa razy powtórzone.

[5]) Zamiast ustępu od *pro quovis* do *convertere* stoi w Przyj. Pr. Chrz.: *supradictam haereditatem vendere, comutare, obligare, ad usus beneplacitos convertere.*

[6]) W Przyjacielu czytamy: *A. D. 1400 secunda decima Indic.*, tak samo w treści podanej przyjmuje wydawca jako rok wydania tego dokumentu 1400. Jest to myłka w odczytaniu, na rok 1400 przypadała bowiem indykcya VIII. a nie XII.; tutaj też wyraźnie stoi *secundo* a nie *secunda*, a zatem dokument ten przypada na rok 1402 i indykcyą dziesiątą, co jest zupełnie poprawną datą.

XXIV.

W Opatowie 31. Lipca 1404 r.

Albert sędzia i Mikołaj podsędek ziemscy sandomirscy poświadczają, że Maciej opat świętokrzyski zamienił wieś Pabianów na wieś Zakrzów należącą do Mikołaja z Garbowa.

Nos Albertus iudex et Nicolaus subiudex terre Sandomiriensis generales significamus tenore presentium omnibus et singulis, quibus expedit, publiceque protestantes profitemur: quomodo venerabilis ac religiosus vir dominus Mathias, divina patientia abbas monasterii

Calvimontis, cum conventu suo venientes ad nostram nostrorumque assessorum presenciam personaliter accedentes, non compulsi, non coacti nec aliquo dolo seducti, sed de bona et ultronea ipsorum voluntate amicorumque suorum consilio prehabito, fassi sunt publiceque recognoverunt, quod hereditatem ipsorum, Pabianow [1]) dictam et lacum ibidem iacentem cum omni iure et dominio, necnon cum omnibus et singulis utilitatibus et quibuslibet pertinenciis, quibuscumque censeantur nominibus, prouti dicta hereditas in suis gadibus et limitibus late longeque ac circumferencialiter est distincta et limitata, nichil pro se vel successoribus suis in eadem penitus retinentes, pro heredítate dicta Zakrzow [2]) totali, situata in districtu Radomiensi, per modum commutacionis dederunt, contulerunt et in perpetuum resignaverunt nobili viro domino Nicolao de Garbow heredi eiusque veris et legitimis successoribus hereditatem Pabianow memoratam cum omni iure et dominio, ut premittitur, tenendam, habendam, regendam, gubernandam, commutandam; donandam ac in perpetuum possidendam pacifice et quiete. Quam quidem commutacioenm ratam, gratam ac indissolubilem habere volentes, presentem literam iussimus scribi et confici ob robur maioris certitudinis nostris sigillis consuetis ad ipsam subappensis. Datum Oppatow feria quinta proxima post festum beati Iacobi appostoli anno domini millesimo quadringentesimo quarto, presentibus his testibus nobilibus viris et dominis: Iascone de Nagnoyow, Henrico de Przibislauicz, Lassotha de Ruscza, Stanislao de Wirzbicza, Clemente de Woczechouicz, Henrico de Cobilani heredibus et aliis quam pluribus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w bibl. Zakł. nar. Im. Ossol. nr. 739. Dwie pieczęci oderwane, pozostały po nich tylko dwa kawałki pasków pergaminowych, na których były zawieszone.

[1]) Wsi tej lub podobnej nazwy nie mogłem odszukać.

[2]) Zákrzów wieś w województwie sandomirskiem, obwodzie i powiecie radomskich.

XXV.

W Sandomierzu 10. Września 1405 r.

Albert sędzia i Mikołaj podsędek sandomirscy poświadczają, że Paszko z Trześni i Jan z Gierczycz bracia rodzeni zawarli ugodę co do podziału dóbr dziedzicznych.

Nos Albertus iudex et Nicolaus subiudex terre Sandomiriensis generales protestamur universis, quibus expedit, presentium per tenorem, quomodo venientes nobiles viri et domini videlicet Pascho de Trzeschin [1]) necnon Iohannes de Gethczicze [2]), fratres germani ad nostram nostrorumque assesorum presenciam personaliter, non compulsi, non coacti nec aliquo dolo seducti, sed de bona et libera eorum voluntate fassi sunt et publice recognoverunt contractum perpetue divisionis bonorum hereditarium (*sic*) inter se fecisse, tale tamen, quod domino Paschoni predicto in districtu Sandomiriensi medietas hereditatis dicte Michoczin omnibus cum laboribus, duo vero huiusmodi in Kaymow [3]) ac hereditas dicta Zayezerze [4]) totalis cum omni iure et dominio cesserunt perpetuali in divisione utilitatibusque cum universis, Iohanni vero prehabito porcio totalis in Gethczicze ac in Callissani [5]) necnon hereditas dicta Melecz cum Vola Melethska [6]) dicta, Borzissowicze [7]), Duthow [8]) Trzsczana [9]) et Sdzechowicze [10]) in terra Lublinensi cum omni iure et dominio nec non cum omnibus et universis utilitatibus, quibuscunque censeantur nominibus, similiter in divisione perpetuali cesserunt. Quamquidem divisionem inter se debent tenere, irrefricabiliter observare, ducentarum marcarum sub vadio parte ex utraque. In cuius rey testimonium et meliorem evidenciam nostra presèntibus sigilla sunt appensa. Datum Sandomirie in colloquio generali feria quinta proxima post festum Nativitatis beate Marie Virginis anno domini millesimo quadringentesimo quinto, presentibus hys strennuis et nobilibus viris et dominis, Cristino Sandomiriensi, Michaele Lublinensi Castellanis, Iaschone Iudice Cracoviensi, Spithcone Subcamerario, Iohanne Capitaneo Sandomiriensibus, Iohanne Iudice Lublinensi et aliis quam plurimis fide dignis.

Oryginał pergaminowy w Zakładzie nar. im. Ossolińskich nr. 738. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z których druga na zwyczajnym wosku wyciśnięta zachowała się. Znajduje się na niej odcisk herbu Grzymała i napis nieczytelny w otoku. Na odwrotnej stronie ręką 17. w. napisano: „Pasco Fredro medietatem bonorum hereditariorum Niegoszyn in districtu Sandecensi (*sic*) sitorum Ioanni Cero".

[1]) Trześń wieś w powiecie tarnobrzeskim. [2]) Gierczyce w wojew., obw. i pow. sandomierskich. [3]) Michocin i Kaimów wsie w pow. tarnobrzeskim tuż pod Dzikowem. [4]) Zajeziorze w woj., obw. i pow. sandom. [5]) Kaliszany w woj., obw. i pow. sandom. [6]) Mielec miasteczko powiatowe, Wola mielecka wieś pod Mielcem. [7]) Borszowice w imielińskiej parafii zob. Lib. benefic. II., 66. [8]) Dutrów w wojew. lubelskiem, obwodzie hrubieszowskim, powiecie tomaszowskim. [9]) Trzciany nie ma w Lubelskiem, są tylko dwie wsie Trzciniec nazwane. Jest atoli wieś Trzciana w Mieleckiem. [10]) Zdziechowice w województwie lubelskiem, obwodzie zamojskim, powiecie kraśnickim.

XXVI.

W Sandomierzu w drugiej połowie Sierpnia 1407 r.

Władysław Jagiełło zatwierdza uposażenie władyctwa przemyskiego i niektóre jego przywileje.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae terrarumque Cracouiae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cviauiae, Pomeraniae Lituanieque princeps supremus et heres Russiae noticiam facimus his nostris literis praesentibus et futuris: agnovimus ad peticionem honorabilis in Domino Deo Kiiprziana metropolitani Kiouiensis et Haliciensis tociusque Russiae et illustrium principum Siemyon Lochwiena et domini Fieduska Lubartowicza, fratribus nostris dilectis [1]), et etiam aliorum nostrorum nobilium Russiae servicium [2]), volentium nostram gratiam exhilarare Premislien(*si*) wladistwa [3]) templi sancti Ioannis consecrati Graeciae religionis et Russiae, et ita eo tempore religioso Afanasiewy wladicae Premisliensi et eius successoribus post eum et aliis wladicis Russiae omnibus, quibuscunque conferretur [4]) in aevum, in latitudine regni nostri terrarum Russiae in districtibus Premisliae et Samboriae villas, quae ex antiquo ad laudem Dei collatae sunt, superius scriptae czerkwie [5]) pertinentes et quaelibet curiolae nomine vocatae [6]): hoc est Valawa, Natkovicze, Ternowcze [7]), Gniewnowicze [8]), Calienikow [9]), Monasterium [10]), Russewicze, Male Stobiencze, Makowniewo, v Wielynyczach tres curiae, Korostowicze, Dziewienczicze, v Bonyewiczach sex curiolae, v Buskowiczach duae curiolae, v Plysziewiczach duae curiolae, v Chrochowczach tres curiolae, v Iaskmaniczach duae curiolae, w Kormaniczach duae curiolae, v Klokowiczach [11]) curiola et circa Premisliae (*sic*) civitatis nostra in sola margine Moscziska [12]), Monaster [13]), Mikulincze arcem versus quinque curiolae, Sczekotczicza [14]) curiola et w Samborach [15]) Strassewicze, Babyna, Volkowicze, Manaster swiętego Spassa templum, Monasteria: Szozan [16]), Smol-

nicza [17]) et Lawrow [18]) Monaster sancti Onewrzego [19]) et alia omnia monasteria, quae sunt sub obediencia wladicze, quemadmodum villae superius scriptae et cum monasteriis et etiam curiolis additis ad spirituales cum omnibus et singulis censibus et fructis (*sic*), pertinenciis et iuribus omnibus cum agris, pratis, campis, silvis, mericis, gaiis, quercetis, rubetis, virgis bartium spastwąmy et cum fluviis, piscinis, stagnis, lacubus, aquis et cum prehenssione piscium, emolimentis et cum venatione ferarum et avium et aliis omnibus, quibuscunque nominibus vocitentur, z dolynąmy, montibus y rownoscziąmy et cum aliis przebiegii ad eas villas vel etiam monasteriis superius descriptis, sicut ex antiquo pertinebant, et nos damus et donamus et roboramus et ex nostra libera adauctione perpetua donatione in aevum superius descriptae czerkwie omnibus wladicis tenere, habere, possidere et utifrui et dominum Deum pro omnibus fidelibus rogare. Et superius descriptarum villarum ex quolibet cmethone ex laneo vel etiam ex curiola alias dworziska singulis annis per duos grossos monetae nostrae et debent dari (*sic*) ad nostram cameram, dum alii dant [20]). Et alia iura nostra regalia, soluciones vel etiam servicia omnium wladicarum et subditorum eius sacerdotum et omnium spiritualium in tota terra Russiae liberos eos facimus [21]) in omnibus rebus, et ita spiritualium negotia superius dicto wladicae et iudicia spiritualia, quae ex antiquo pertinebant ad providenciam wladicae religionis Graeciae Russiae I kvny s popow [22]) et iudicia spiritualia damus et adscribimus perpetuo et in aevum iudicare et regere secundum ius spirituale et conditionem consuetudinemque. In cuius rei melius et efficatius testimonium ad has nostras litteras sigillum nostrum est subappensum. Actum et datum Sandomiriae post primam dominicam Assumptionis Mariae [23]) sub anno nativitatis Christi millesimo quadringentesimo septimo. Et circa haec erant testes superius descripti honorabilis in Christo pater Kyprzian Metropolitanus et dominus Semyon Lochuyeny [24]), dominus Chviedusko Lubartowicz [25]) et etiam magnifici et milites dominus Chrzisczon Cracouiensis [26]), dominus Ioannes Tarnowski et Palatinus Sandomiriensis [27]), dominus Michael Lubelskii, dominus Clemens Visliciensis [28]), dominus Albertus Iudex Sandomiriensis et alii quam plures boni, fidedigni.

Mandatum Regiae
Maiestatis.

Text dokumentu tego wyjęty z potwierdzenia Zygmunta I. *d. d. Wilnae feria quarta post dominicam Laetare proxima* (10. Marca) *anno domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto* powtórzonego w przywileju Zygmunta Augusta *d. d. Cracouiae feria tercia post festum sancti Bartholomei proxima* (27. Sierpnia) *anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.* Pergaminowy oryginał tego ostatniego znajduje się w bibliotece gr. kat. kapituły w Przemyślu pod sygnaturą A. 14. Pieczęć odpadła, pozostał tylko sznurek z zielonego i różowego jedwabiu.

Potwierdzenie Zygmunta Augusta nastąpiło z oryginału Zygmunta I.: „exhibitae coram nobis per venerabilem Antonium Radołowskii wladicam Premisliensem et Samboriensem literae pergameneae inferius scriptae divi Parentis nostri sigillo minori in cordula sericea appenso communitae", podczas gdy pierwotny przywilej Władysława Jagiełły już Zygmuntowi I. tylko w kopii przedłożony został. Król Zygmunt I. bowiem wyraża się w potwierdzeniu swem w następujący sposób o tem: „veniens ad praesentiam nostram reverendus pater Laurentius wladica Premisliensis deplorata ingenti calamitate, quam ab igne in conflagratione ecclesiae aut sinagogae rittus eorum Rutenici in civitate nostra Premisliensi accepisse se exposuit, in qua non res tantum et fortunae tam suae quam ecclesiae, sed etiam ornamenta ecclesiastica atque litterae et privilegia totaliter exustae sunt, quorum quidem exempla veraciter, ut ipse asserebat, ex originalibus literis serenissimi olim regis Wladislai avi nostri et ducis Leonis descripta coram nobis exhibuit et instanter peciit, ut tenores eorundem, praesertim vero Wladislai regis, literis nostris inseri atque authoritate nostra simul et decreto approbare et confirmare dignaremur. Cuius quidem exempli litterarum serenissimi Wladislai regis tenor talis erat":

Tutaj następuje powyżej oddrukowany przywilej, poczem te jeszcze słowa do obchodzącej nas kwestyi się odnoszące:

„Post cuius quidem praeinserti exempli exhibitionem ipse wladica ad comprobandam veritatem tenoris praeinserti literarum obtulit coram nobis literas nobilium districtus Premisliensis sub eorum sigillis, quibus testabantur, se vidisse eiusmodi litteras originales et earum tenorem intellexisse, quod in huiusmodi exemplo ab ipsius originali nihil est mutatum aut additum sit, fidem facere. Et insuper dictus wladica paratum se dicebat iure iurando confirmare velle unacum duobus poponibus praeinsertum exemplum veraciter descriptum esse ex literis originalibus per ignem consumptis. Nos itaque attendentes, quod nil aequae sit dignitati principe (*sic*) christiano, quam eos, qui vel per naufragium vel ignis voraginem aut hostium incursionem rerum et fortunarum suarum iacturam passi sunt et nedum res, sed etiam literas et privilegia bonorum immobilium atque libertatum fulcimenta amiserunt, clementer sublevare litterasque praeinsertas earumque tenorem cum omnibus clausulis et condicionibus in eis insertis, quatenus in earum usu et possessione wladicae Premislienses fuerunt, innovandas, approbandas, ratificandas et confirmandas decrevimus, prout innovamus, approbamus, ratificamus et confirmamus praesentium per tenorem, dando et concedendo praefato patri wladicae Praemisliensi bona omnia supra in tenore literarum descripta oppignorata de manibus tenutariorum et possessorum eorundem redimere et iuridice eliberare".

W obec takich okoliczności musimy się bliżej przypatrzeć autentyczności powyżej oddrukowanego przywileju, aby się przekonać, czy nie został on podrobiony lub interpolowany.

Aktykacya przywileju tego nie jest niezawodnie aktykacyą używaną w kancelaryi Władysława Jagiełły przy spisywaniu łacińskich dokumentów. Lecz dokument ten jest jak najniezawodniej tylko tłómaczeniem i to bardzo nieosobliwem oryginalnego ruskiego textu i ztąd wynikają owe liczne usterki w aktykacyi i owe niezliczone niegramatyczne zwroty i językowe błędy. Taką łaciną urzędnicy kancelaryi króla Władysława nie pisali. Zresztą najniewątpliwiej przemawia zatem, że

powyższy przywilej jest tylko tłómaczeniem, ta okoliczność, że tłómacz bezustannie nie tylko z konstrukcyi łacińskiej wypada, ale nawet wprost z języka łacińskiego, podając całe zwroty w języku na pół ruskim, na pół polskim. Aktykacya zatem dokumentu tego jest aktykacyą ówczesnych ruskich a nie łacińskich dokumentów, pierwotnie był on po rusku napisany a jaki nie wielce łaciny świadomy pisarz z kancelaryi władyki przemyskiego przetłómaczył go na język łaciński.

Data nie obudza w nas podejrzenia, ale też niczem stwierdzić jej nie umiemy. Czy król Władysław był w Sandomierzu w drugiej połowie Sierpnia 1407 r., na to nie umiemy stanowczo odpowiedzieć, ale też nie umiemy temu zaprzeczyć. Z roku 1407 posiadamy bardzo mało dokumentów królewskich, Długosz jest co do roku tego nadzwyczajnie ubogi. Itinerarium królewskie z roku tego jest skutkiem tego bardzo niedokładne i fragmentaryczne. Co do czasu, który nas tutaj obchodzi, wiemy tylko, że król Władysław znajdował się dnia 1. Lipca 1407 r. w Łęczycy (Daniłowicz Skarbiec I., 356) a dnia 13. Października t. r. we Lwowie (A. G. Z. IV., 59), z Długosza zaś wnosić można, że już 12. Października t. r. znajdował się we Lwowie (Długosz tom III., 535 wyd. krak., ks. X. col. 188 wyd. lipskiego). Mógł zatem znajdować się w drugiej połowie Sierpnia w Sandomierzu, ale dowodu na to nie ma.

Co do świadków, to pierwszy z nich Cypryan metropolita kijowski, halicki i całej Rusi rzeczywiście fungował wtedy. Czytam wprawdzie u A. Schneidera w Encyklopedyi do krajoznawstwa Galicyi artykule arcybiskupstwo lwowskie ruskie (str. 270), jakoby ten Cypryan zmarł już w r. 1406, lecz wiadomość ta opiera się, o ile widzę, tylko na twierdzeniu Karamzyna, który jeszcze dowodem być nie może.

Dwaj następni świadkowie Szymon Lichwen rodzony brat króla Władysława i Fedor Lubartowicz, stryjeczny brat Władysława, zgadzają się zupełnie, żyli w tym czasie i mogli się znajdować przy królu. O ile widzę z dzieł K. hr. Stadnickiego nie posiadamy jednak o nich dokładnych wiadomości z r. 1407. Tylko o Lichwenie czytam (Bracia Wład. Jag. 289), że Nowogród w r. 1407 uzyskał od Witołda pozwolenie, aby Szymon Lichwen na nowo w jego murach rezydował, a ten przybył rzeczywiście do Nowogrodu. Kiedy to nastąpiło, nie wiemy. Z tego atoli widzimy, że ci dwaj świadkowie nie nastręczają żadnych podejrzeń.

Świadek czwarty: *dominus Chrziszczon Cracouiensis* i świadek piąty: *dominus Ioannes Tarnowski et palatinus Sandomiriensis.* Jako kasztelana krakowskiego zatem podano Krystyna, jako wojewodę sandomirskiego Jana Tarnowskiego, połączenie zaś za pomocą *et* dwóch wyrazów *Tarnowski* i *palatinus* pokazuje, że pisarz uważał Jana za kasztelana tarnowskiego i wojewodę sandomirskiego. Kasztelanem krakowskim atoli jest w r. 1407 Jan Tarnowski od r. 1406, poprzednio był on wojewodą krakowskim a jeszcze przedtem wojewodą sandomirskim i to do r. 1403. Kasztelanią krakowską piastował od r. 1406 do śmierci, która nastąpiła przed dniem 10. maja 1409 r., pod tym dniem bowiem czytamy już o nim jako o „*pie memorie*“ u Helcla, Pomniki II., 182.

Wojewodą sandomirskim jest 1407 r. Krystyn z Ostrowa, a jest nim jeszcze 12. marca 1409 r. (A. G. Z. IV., 73); i 9. maja 1409 r. (Helcel II., nr. 1222), po nim zostaje wojewodą sandomirskim Mikołaj z Michałowa, poprzednio kasztelan wojnicki (A. G. Z. IV., 74

z dnia 20. Sierpnia 1409 r.) Krystyn z Ostrowa zaś idzie na kasztelanią krakowską, opróżnioną przez śmierć wyż omówionego Jana Tarnowskiego. — Z tego więc wynika, że r. 1407 kasztelanem krakowskim był Jan Tarnowski, wojewodą sandomirskim Krystyn z Ostrowa, a nie na odwrót, jak powiedziano w naszym dokumencie.

Wszyscy następni świadkowie zgadzają się jak najdokładniej.

Kasztelanem lubelskim w r. 1407 jest rzeczywiście Michał z Jeżowa (A. G. Z. V. 34 i 35). Jest nim jeszcze r. 1408 (Helcel II., p. 174).

Kasztelanem wiślickim jest Klemens z Moskorzowa i piastuje tę godność do co najmniej 23. Sierpnia 1408 r. (Helcel II., nr. 1168. Porównaj także R. Maurer, Urzędnicy kancelaryjni Władysława Jagiełły str. 19).

Sędzią sandomirskim jest rzeczywiście Albert. Zachodzi on tak często, że dowodów przytaczać nie potrzeba.

Świadkowie zatem zgadzają się wszyscy z wyjątkiem czwartego i piątego, których godności przestawić trzeba. Cóż z tego wynika? Czy na tej podstawie możnaby dokument ten uznać za sfałszowany? Sądzę, że nie. Winę pobałamucenia tego ponosi zdaniem mojem tylko ten, który dokument ten tłómaczył z ruskiego na łacinę. Świadkowie w tym ruskim oryginale zdaniem mojem byli podani tak: pan Jan Tarnowski krakowski, pan Krystyn wojewoda sandomirski. Tłómacz, który Jana uważał za kasztelana tarnowskiego, nie mógł pogodzić tych dwóch rzekomych kasztelanów ze sobą, poprawił więc text oryginału, przestawiając nazwiska, Krystyna przeniósł na pierwsze miejsce, Jana Tarnowskiego na drugie, łącząc z nim godność województwa za pomocą *et*. Przypuszczać, żeby data była zmieniona przez tłómacza nie możemy, boby się to na nic nam nie przydało, nigdy bowiem nie było obok kasztelana krakowskiego Krystyna z Ostrowa wojewody sandomirskiego Jana Tarnowskiego. Jeżeli więc przestawimy nazwiska świadków czwartego i piątego, osiągniemy w szeregu świadków zupełną zgodę.

Co do samej treści dokumentu, to nie przemawia ona w niczem przeciw autentyczności dokumentu. Biskupstwo przemyskie nie miało wprawdzie swego Długosza, któryby spisał jego *Liber Beneficiorum*, nie umiemy zatem orzec na pewne, czy wymienione w dokumencie włości znajdowały się wtedy rzeczywiście w ręku władyki przemyskiego, o niektórych jednak wiemy to z zupełną pewnością, i tak znajdzie czytelnik w tym tu tomie poniżej dwa dokumenta, jeden z r. 1422, drugi z r. 1424, świadczące o tem, że dwie z wymienionych tutaj posiadłości: cerkiewna ziemia św. Spasa i Kormanice posiadał w tym czasie rzeczywiście władyka przemyski; inne zaś, jak to widzimy niżej, posiada i dzisiaj jeszcze. I pod tym względem zatem nie możemy wątpić o autentyczności tego dokumentu.

Być jednak może, że niektóre ustępy wsunięto do oryginału. I tak jest rzeczą nieprawdopodobną, żeby w oryginale znajdował się: „*dum alii dant*“, czyli innemi słowy, żeby król orzekał: „będziecie płacić z łanu lub dworzyska rocznie po dwa grosze szerokie do naszego skarbu, dopóki inni płacić będą“. Takiego ograniczenia nie ma w podobnych nadaniach i przepisach. Być więc może, że je tutaj wsunięto w wieku XVI., kiedy opłata taka w ogóle ustawała, a uczyniono to w tym celu, aby pokazać, że i władyctwu przysługuje także teraz rozpowszechnione zwolnienie.

Nie śmiem wreszcie orzekać, czy i z następujących potem orzeczeń nie zostało które później wsunięte i nie znajdowało się w samym oryginale.

Z tego dłuższego wywodu wynika zatem: dokument ten uważam za autentyk a mianowicie za nieudolne tłómaczenie z ruskiego oryginału z przestawionemi przez tłómacza nazwiskami dwóch świadków i z wsuniętym prawdopodobnie jednym ustępem, wyżej wymienionym, do oryginalnego textu.

Dokument ten jest cytowany w dziele Michała Harasiewicza Annales Ecclesiae Ruthenae str. 66. Autor przytoczywszy krótki ustęp z dokumentu, powiada: „Ex illo decreto apparet tunc pertinuisse ad episcopatum Ruthenum Premisliensem bona Strylki, Tyssowica, Ploskie, Lelina, Potok, Woloszynowa, Wola Koblanska, Zawadka. Lużek, Nahujowice, salis coctura Samboriensis, Sozan, Malkowice, Tarnowce, Gniewnowice, Kalników, Male Stubience, Makuniew, Korostawice, Dziewięczyce, Boniewice, Pleszowce, Grochowce, Iaksmanice, Komarnice etc.“ O ile przytoczenie to jest dokładne i wierne, mógł się każdy przekonać, kto przeczytał powyżej umieszczony dokument.

[1]) Powinno być oczywiście: *fratrum nostrorum dilectorum.*

[2]) *Servicium*, może raczej *servitorum* albo też *servicii* t. j. czeladzi.

[3]) Pewnie raczej *wladistwu.*

[4]) *Scilicet*: *hoc wladistwo.*

[5]) To jest wyż wymienionej cerkwi św. Jana w Przemyślu.

[6]) Właściwie stać tu powinien przypadek czwarty zależny od dalszego *damus et donamus*, tego rodzaju błędy atoli powtarzają się tutaj bezustannie.

[7]) Walawa, Hnatkowice, Tarnawce wsie w pow. przemyskim, dzisiaj tylko pierwsza własnością biskupstwa przemyskiego obrz. gr.

[8]) Takiej wsi nie ma dzisiaj, może to Nienowice w pow. jarosławskim, dziś własność prywatna.

[9]) Pewnie Kalnikow w pow. mościskim własność prywatna.

[10]) Wsi nazwanych: Monasterz, Monaster, Monasterek, Manaster, Manasterz, Manasterek, Manasterzec jest w Galicyi kilkanaście.

[11]) Hruszowice w pow. jarosławskim, Stubienko w przemyskim, Makuniów w mościskim, Wielunice w przemyskim, Korostowice w rohatyńskim, Dziewięczyce w przemyskim, Boniowice w birczańskim, Buszkowice, Pleszowice, Grochowce, Jaksmanice, Kormanice i Kłokowice w przemyskim. Ze wszystkich tych majętności należą dzisiaj tylko Wielunice do biskupstwa przemyskiego obrz. greck.

[12]) Właściwie zwała się ta miejscowość Mostyszcze, jak z aktów archiwum miejskiego w Przemyślu wynika. Dziś ani ślad tej nazwy nie pozostał. Grunta tej wioski miał San zabrać, tak przynajmniej twierdzono według aktów w XVII. wieku. Ze względu jednak, że do dziś posiada biskupstwo przemyskie obrz. gr. pod miastem nad Sanem wioskę nazwaną Wilcze. która to nazwa wyłania się dopiero w XVII. w. po zaginięciu tamtej nazwy, zdaje się rzeczą wielce prawdopodobną, że owe Mościska są dzisiejszą wsią Wilcze.

[13]) I tu rozstrzygnąć nie umiemy, o jakim to monasterze mowa.

[14]) Nazwa Mikulińce odnosi się zapewne do następnych *quinque curiolae*, dziś ani w Przemyślu ani pod nim nie znana, tak samo jak i następna *curiola Sczekotczicza*.

[15]) To znaczy w Samborszczyźnie, następne miejscowości więc mają leżeć w Samborszczyźnie.

[16]) Straszewice, Babina w powiecie samborskim. *Volkowicze* będzie pewnie Wołcza dolna w pow. samborskim. *Monaster świętego Spasa* będzie może dzisiejsza wieś Spas w tymże powiecie. Sozań wieś w tymże powiecie. Z tych wszystkich miejscowości dzisiaj tylko Straszewice należą do bisk. przem. obrz. greck.

[17]) Wsi z nazwą Smolnica mamy dwie w tych stronach, jednę w powiecie liskim, drugą w samborskim. Może tu jednak mowa o wsi Smólnik w pow. liskim należącej dzisiaj do kapituły przemyskiej gr. obrz.

[18]) Ławrów wieś w powiecie samborskim.

[19]) Późniejsza ręka poprawiła to na *Onoffrzego*. Monastyr św. Onufrego w r. 1469 należał do wsi Kanafosty w powiecie rudeckim, niegdyś zaś samborskim.

[20]) Wyrazy *dum alii dant* może są późniejszą interpolacyą, zwykle bowiem nie wpisywano takiego ograniczenia do podobnych nadań. Wyrazy te trącą wiekiem XVI., kiedy to już regularne płacenie danin co raz bardziej ustawało.

[21]) I w tem zdaniu jak w ogóle w całym dokumencie konstrukcya tak koszlawa, że prawie sensu domacać się nie można.

[22]) To znaczy: i kuny z popów, brane z popów we wsiach skórki z kun. Porównaj dokument nr. L. poniżej umieszczony.

[23]) Ponieważ datę dnia (*feria*) tutaj opuszczono, nie umiemy daty tej inaczej rozwiązać, jak tylko w drugiej połowie Sierpnia. W ogóle sposób oznaczenia daty tak, jak go tutaj czytamy, jest w łacińskich dokumentach zgoła niezwykły. *Prima dominica Assumptionis Mariae*, ma to być pierwsza Niedziela po Wniebowzięciu N. P. M. lub też dzień 14. Sierpnia, to jest Niedziela, która w r. 1407 przypadała pomiędzy Wilią święta Wniebowzięcia a samem świętem, które w roku tym przypadało na Poniedziałek? W pierwszym razie data dokumentu przypadałaby na dnie między 16. a 20. Sierpnia, w drugim razie na dnie między 22. a 27. Sierpnia.

[24]) To jest Szymon Lichwen, trzeci syn Olgierda z Julianny księżniczki twerskiej. Zob. K. hr. Stadnicki Bracia Władysława Jagiełły str. 283 i nast.

[25]) To jest Fedor Lubartowicz, syn Lubarta brata Olgierda, i Kiejstuta, a więc stryjeczny brat Władysława Jagiełły króla. Porównaj K. hr. Stadnicki Synowie Gedymina II., 161 i nast.

[26]) To znaczy kasztelan krakowski (*dominus Cracoviensis* = pan krakowski).

[27]) To połączenie za pomocą *et* pokazuje, że pisarz uważał Jana Tarnowskiego za kasztelana tarnowskiego i wojewodę sandomirskiego.

[28]) To jest kasztelan lubelski i kasztelan wiślicki.

XXVII.

W Nowem Mieście Korczynie 22. Sierpnia 1409 r.

Władysław Jagiełło uwalnia mieszkańców miasta Pilzna od podwód z pewnem zastrzeżeniem.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ad hoc eterni regis presidio gloriosi principatus solium assumpsimus, ad hoc regni recepimus dyadema, ut subiectus nobis populus nostro felici suffultus regimine in pacis dulcedine conquiescat et ab omni oppressionum gravamine iugiter liberetur, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Cuyauie, Lancicie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie Pomoranieque dominus etc. notificamus tenore presentium tam presentibus quam futuris, quibus expedit universis: quod consideratis et in animo revolutis multiplicibus gravaminibus, oppressionibus, laboribus et iacturis civibus et incolis civitatum regni nostri ex frequentia vectigalium, ducturarum, equitaturarum, que podwodi dicuntur, et aliis quibuscunque nominibus nunccupentur, iminentibus, digna et salubri animadversione eadem vectigalia, ducturas, equitaturas, ut premittitur, podwodi dictas, merito decrevimus abolendas, ut omnes incole civitatum regni nostri et nostrorum dominiorum a gravaminibus ipsarum respirare valeant et creatoris nostri clementiam pro nobis, consorte et prole nostris carissimis liberius exorare, et ut civitas nostra Pilsno hac plenitudine gratiarum nostrarum gaudeat, utifruatur et letetur, cives et incolas eiusdem civitatis Pilsno ab omnibus vectigalium, ducturarum, equitaturarum oppressionibus, que podwodi dicuntur, et earum gravaminibus excipimus et perpetuo liberamus. Decernentes et constanti firmitate statuentes, quod ammodo ab eisdem civibus et incolis civitatis predicte Pilsno equi pro vectigalibus et ducturis, equitaturis, podwodi dictis, tam pro curribus, quam nuncciis, quam etiam falconistis et aliis nulla recipiantur per nostros quoscunque officiales et nunccios ratione, sed quod ipsi cives et incole ab ipsorum datione sint liberi, soluti et exempti. Illa nostra neccessitate tantummodo ex(*cep*)ta et exclusa, quod dum ibidem in Pilsno constituti fuerimus, ipsi cives et incole eiusdem civitatis pro reducendis nostris utensilibus quoquinalibus (*sic*) tres aut quatuor currus nobis (*et domine*) regine, consorti nostre carissime similiter dare tenebuntur ad locum seu ad civitatem proximam, in qua, vel in quo stationem facere tunc nos contingat, iuxta consuetudinem tempore felicis recordationis (*Kazimi*)ri regis Polonie etc. predecessoris nostri observatam. Si autem aliqua oportunitate

emergente ipsi cives et incole huiusmodi vectigalia, ducturas, equitaturas ratione requisitionis nostre dederint et (*assignaverint, i*)sta ad solutionem debitam nostrarum pecuniarum et non aliter dare et assignare tenebuntur. Vobis igitur capitaneis, burgrabiis, procuratoribus, viceprocuratoribus, tenutariis, nuncciis et officialib(*us universis nostris fir*)mis damus regalibus in mandatis, quatinus eosdem cives nostros circa hanc, quam ipsis concessimus, inviolabiliter conservare debeatis libertatem. Harum quibus sigillum (*nostrum est subappensum te*)stimonio litterarum. Actum in Nouacivitate alias Corczin feria quinta ipsa octava Assumptionis beate Marie Virginis gloriose anno domini millesimo quadringentisimo no(*no, presentibus his nobilibus et*) strenuis viris dominis: Sbigneo de Brzesze Nostre Curie Marschalco, Dobcone de Oleschnicza, Iaskone de Bogumilouicze, Pelka de Lappanow, Sassino de Vichud ..... [1]) et aliis quamplurimis fidedignis, nostris fidelibus dilectis. Datum per manus venerabilis Nicolai Prepositi sancti Floriani ante Cracouiam, Regni Polonie Vicecancellarii.

Ad relationem eiusdem domini Nicolai,
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy uszkodzony w Zakładzie nar. im. Ossolińskich nr. 766. Z pieczęci lub sznurka, na których pieczęć była zawieszona, nie pozostało ani śladu, ponieważ środek dokumentu wycięty.

[1]) W tem miejscu dokument uszkodzony, luka na 4—5 wyrazów.

XXVIII.

(W Krośnie) 12. Marca 1410 r.

Piotr Falkowski, podsędek sandomirski, poświadcza rozgraniczenie dokonane na rozkaz królewski pomiędzy wsią Erenberg a przedmieściem krośnieńskiem.

Cunctorum perit memoria factorum, nisi testibus veridicis aut scriptis publicis fuerint perhennata, proinde nos Petrus Falkowsky [1]), subiudex Sandomiriensis, Zawyscha Olschowsky et tribunus Dolobyn (*sic*), Martinus Vroczymofsky significamus universis et singulis tam presentibus quam futuris, quibus aperta fuerit noticia subscriptorum: quod serenissimus princeps et dominus, dominus Wladislaus, Rex noster nimium nobis graciosus,

firmissimis suis nobis dedit in mandatis: quod inter nobilem Martinum de Moskorsow, filium domini Clementis [2]) felicis etc., parte ex una et inter suburbanos Palwerzee (*sic*), qui ad civitatem Crosznam iure hereditario spectare dinoscuntur [3]), parte ex altera, ita quod granicias facere deberemus, incipiendo in campo, ubi agri Kotkenhaw et civitatis conveniunt divisim, silvam usque ad rivulum Globnycza parvum [4]) et idem rivulus debet esse granicias (*sic*) inter villam Errenberg [5]) et suburbanos Palverzee usque ad rivulum maius (*sic*) Gylobnycza. Et idem rivulus minor Gylobnycza debet mediare Errenberg et Palwerzee et limitare in illum locum, sicut in Wyslok cadet. In cuius rei testimonium ad evidenciam pleniorem sigilla nostra appendimus et eciam domini Sawyscha Plaza, qui predicta ex mandato Regis innuit limitare. Actum et datum ipso die sancti Gregorii Confessoris gloriosi sub anno domini M. quadringentesimo decimo, presentibus testibus Stybur, audaci militi, Capitaneo Sanocensi, domino Sprossky, Clemente Flodkowszky, Petro Kostyrowsky, Zawtynsky, nobili viro Preczlao herede de Wsdow ac pluribus fidedignis.

Wydrukowano według kopiariusza pisanego w wieku XV., którego resztki przechowują się w archiwum miasta Krosna.

[1]) Piotr Falkowski był w r. 1399 łowczym sandomirskim i dostał wtedy w darowiźnie od króla Władysława wieś Szczepańczowę Wolę dziś Szczepańczową, w powiecie krośnieńskim. Zobacz A. G. Z. III., nr. LXXII.

[2]) Ten Marcin jest to zatem syn znanego Klemensa z Moskorzowa podkanclerzego koronnego, zmarłego r. 1408.

[3]) *Iure hereditarie spectare dinoscitur* w kopii.

[4]) Nie zmieniam fatalnej konstrukcyi tego zdania, z którego sensu nie łatwo się domacać.

[5]) Errenberg czyli Erenberg jest to późniejszy Kamieniec, zamek znany dzisiaj pod nazwą odrzykońskiego, nad Wisłokiem, pół mili od Krosna. Porównaj A. G. Z. III., strona 145 nota 3.

XXIX.

W Sączu 25. Czerwca 1416 r.

Stanisław Gamrat kasztelan połaniecki i starosta sandecki poświadcza, że Jan Franczuch z Nosaczowic oczyścił się z zarzutu robionego mu przez Pełkę z Nosaczowic.

Nos Stanislaus alias Gamrath, castellanus Polanecensis et capitaneus Sandecensis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, tam presentibus quam futuris, harum seriem literarum nostre recognicionis intuituris, publice profitentes et expresse: quod quemadmodum Pelka heres de Nossaczowice [1]) Iohannem Franczuch de ibidem inculpaverat, quod Stephanum et Iohannem alias Pesthiconem homines quosdam domo in sua fovisset et servasset et quod ab eodem Iohanne egredientes eundem Pelkam furticinio suo ut sepius dampnificarent, de isto tunc antefatus Iohannes Franczuch suam innocenciam per sufficiens testimonium expurgavit, se rite efectualiterque iustificando. In cuius rei testimonium et maiorem evidenciam nostrum presentibus sigillum est subappensum. Datum Sandecz feria (*quin*)ta in crastino sancti Iohannis Babtiste anno domini M° CCCC° sexto decimo, presentibus hys testibus nobilibus viris et dominis Petro et Nicolao Czeczotki, Thomcone de Porampca, Nicolao Gauel de Vatcowicze, Stanislao de Grodek, Iohanne de Kanthi heredibus et aliis quam pluribus fide dignis.

Oryginał pergaminowy w Zakładzie nar. im. Oss. nr. 745; na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć z odciskiem herbu Sulima na ciemnozielonym wosku, napis w otoku nieczytelny.

[1]) Nossaczowice wieś w parafii podgrodzkiej a arcydiakonacie sandeckim należała za czasów Długosza do Piotra Franczucha herbu Prus. Zob. *Liber benefic.* I., 549. Porównaj dokument poniżej oddrukowany nr. XXXVI.

XXX.

W Przemyślu 30. Maja 1418 r.

Iwo z Obychowa, kasztelan szremski i starosta ruski poświadcza, że Piotr Lunak podczaszy sandomirski i Mikołaj rodzeni bracia z Wiśnicza, odstępują Iwaszkowi i Łukaszowi braciom rodzonym z Birczy wieś Bereskę za 55 grzywien.

Nos Iwo de Obychow castellanus Srzemensis, capitaneus Russie generalis, significamus tenore presentium, quibus expedit, universis, quod in nostra nostrorum constituti assessorum presencia strennui Petrus Lunak; subpincerna Sandomiriensis, et Nicolaus fratres germani de Wisnycze parte ex una, et Iwaschko et Lucas fratres germani de Bircza parte ex altera, huiusmodi inter se fecerunt composicionem, concordiam et unionem in causa litis et discordie, quam Iwaschko et Lucas moverant prescriptis dominis Petro et Nicolao pro villa dicta Bereska [1]), in districtu Premisliensi sita, et aliis causis Petro et Nicolao obiectis condicione huiusmodi, quod dicti fratres P. et N. prescripti, redimentes litis discordiam et strepitum iudicii, sepedictis Iwaschkoni et Luce fratribus quinquaginta et quinque marcas numeri et ponderis Polonicalis solverunt cum effectu. Quam villam Bereska Iwaschko et Lucas prescriptis dominis Petro et Nicolao cesserunt, renunciaverunt et resignaverunt cum omni iure et dominio eviterne et ab actione ipsis ipsi mota liberos dimiserunt promiseruntque prefati Iwaschko et Lucas dictam villam ab omni impeticione consangwineorum suorum liberare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Premislia feria secunda infra octavam Corporis Cristi anno domini millesimo quadringentesimo decimo octavo, presentibus strennuo Andrea de Bibel, Dobeslao de Sprowa, Iaschkone de Meszmicz, Preczlao de Boyowicz, Petro Iudice Premisliensi, Iohanne dicto Primus etc.

Oryginał pergaminowy w zakł. nar. im. Ossol. nr. 756. Pieczęć oderwana, pozostał tylko pasek pergaminowy.

[1]) Bereska wieś w powiecie liskim o 11 kilometrów od Liska.

XXXI.

W Przemyślu 1. Lipca 1418 r.

Brat Mikołaj dominikanin konwentu lwowskiego w imieniu swojem, swej matki i siostry zeznaje w obecności notaryusza Macieja z Chomętowa, że sprzedał swój ogród leżący w Przemyślu Janowi kucharzowi biskupa przemyskiego Macieja za 11 grzywien i 1 fertona, który to ogród ks. biskup darował Markowi byłemu notaryuszowi miasta Przemyśla.

In nomine domini amen. Sub anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo decimo octavo, indiccione XI., pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini Martini pape quinti anno ipsius primo, prima die mensis Iulii, hora vesperarum vel quasi, in pallacio domus habitacionis mee in Premislia, in mei notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus personaliter religiosus frater Nicolaus fratrum Predicatorum ordinis conventus in Lemburga, natus olim Iacussii carpentarii civis in Premislia, suo et Heduigis matris sue ac Halschcze sororis germane nominibus fassus est et publice recognovit se unacum .. matre et .. sorore predictis ortum ortis Conradi et Clischonis olim Ruthenorum in Premislia contiguum Iohanni coco [1]) reverendi in Christo patris ac domini domini [2]) Mathie Dei gratia episcopi Premisliensis pro undecim marcis cum uno fertone vendidisse ac resignasse dictasque pecunias recepisse et cum effectu levasse per ipsum Iohannem cocum et suos posteros legittimos habendum, tenendum, possidendum, utifruendum et in usus beneplacitos convertendum. Quem quidem ortum prefatus reverendus in Christo pater dominus .. episcopus Premisliensis Marco notario condam civitatis Premisliensis dederat racione fidelium serviciorum ipsi domino episcopo per ipsum Marcum exhibitorum. Super quibus omnibus et singulis predictus Iohannes cocus a me notario publico infrascripto peciit sibi confici et dare presens publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indiccione, pontificatus, die, mense, hora et loco, quibus supra, presentibus discretis nobilique viris dominis Nicolao de Pantheliowicze, Bernhardo de Prochnyk, Egidio de Felstein plebanis et Stephano de Hermanowicze ac [3]) aliis testibus quampluribus fidedignis vocatis et rogatis.

S. N.

Et ego Mathias Gregorii de Chomanthow clericus Cracoviensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis fassioni et publice recognicioni aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut prefertur, agerentur et fierent unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi et audivi et in hanc formam publicam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum appensione sigilli prefati in Christo patris domini Mathie episcopi Premisliensis in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum corroboravi rogatus et requisitus.

Ta sama ręka dodała poniżej:

Et protestor de obmissione illarum diccionum: divina providencia in secunda linea non esse vicii sed erroris.

Oryginał pergaminowy dobrze zachowany znajduje się w archiwum m. Przemyśla (Rozdział I. Dokumenta pergaminowe nr. 74). Pieczęć rzeczonego biskupa Macieja, niegdyś na pasku zawieszona, odpadła, jak świadczy podłużne przecięcie pergaminu.

[1]) To jest kucharzowi.

[2]) „Ac domini domini“ napisane tą samą ręką, lecz czarniejszym atramentem. Widoczna to jest poprawka na wyskrobanem miejscu.

[3]) Słowo „ac“ napisane tą samą ręką, lecz czarniejszym atramentem na wyskrobanem miejscu.

XXXII.

W Pohoniczach 21. Stycznia 1422 r.

Staszko z Dawidowa starosta samborski rozgranicza dobra Strzałkowce od dóbr władyctwa przemyskiego.

Мы панъ Сташко исъ Давыдова староста самборьскый приводимо то коу вѣчной памяти нынѣшнимъ и потомъ коучимъ. Илъя влдка премышлескый и самборьскый жаловалъ сѧ предъ кролемъ на Стрѣлковцѣ, аже оубивають сѧ оу землю оу цр҃ковноую ст҃го

спса. Та[1]) король господарь приказалъ намъ своимъ листомъ, абыхмо выѣхали и земяны и старьци и розъѣхали межи влдкою а межи Стрѣлковци w землю w цр҃квноу[2]). Тако єсмо подлоугъ приказаньа короля нашего господара выѣхали и земяны самборьскыми и старьци, штожь w томъ добре вѣдають. Тогды влдка почалъ вказовати и рекъ стана такъ: „Милии панове! то єсть цр҃квная земля ст҃го спса — по лисичий бродъ и за князя Юрья и за иныхъ многыхъ державець[3]). А то свѣдомо земяномъ самборьскымъ и старьце(мъ) самборьскымъ и всѣмъ w҃бполнымъ.“ Тако єсмъ поустили на земяны и на старьцѣ. Тако земяне исмовившисѧ и старьци и вызнали, аже по лисичий бродъ земля цр҃квная ст҃го спса из вѣка из давного. И то йѣци вызнали[3]), аже влдчии люде слѣдъ гонять по лисичий бродъ и оуздають Тополничаномъ. Занеже Тополничане имѣють соу владыкою границю а Стрѣлковци не имѣють. Тако єсмо оуѣхали влдцѣ и земяны по лисичий бродъ, ако было из вѣка и вызнано. Тако єсмъ подлоугъ того вызнанья исмовившисѧ и земяны и дали єсмо влдцѣ листъ и нашею печатью потвердили єсмъ ємоу, аже єсть єго по лисичий бродъ. А при томъ были свѣдци: панъ Иванъ Жюрчевичь, панъ Петръ соудья перемышльскый, панъ Васко Бъгдановичь, панъ Ивашко Корнелевьскый, панъ Грицко ловчий кролевъ Сметанъка и намѣстникъ лавровьскый Єфтимий и старци лавровьсции и крилошане самборьсции и много добрыхъ. А писана грамота оу Погоничихъ оу четвертокъ м҃ца Генъваря оу к҃а. дн҃ь на память ст҃го Ф҃ца Маѯима исповѣдника по л҃ѣ рж҃тва хв҃а а҃ѣ ѵ҃ а҃ѣ к҃в. лѣто.

My Pan Staszko z Dawidowa, starosta samborski, przywodzimy to ku wiecznej pamięci dzisiejszym i potem będącym: Eliasz, władyka przemyski i samborski, skarzył się przed królem na Strzałkowce[4]), iż wdzierają się w ziemię cerkiewną świętego Spasa. Tedy król Jegomość przykazał nam swoim listem, abyśmy wyjechali z ziemianami i starcami i rozgraniczyli między władyką a między Strzałkowcami ziemię cerkiewną. Tak podług przykazania króla naszego Jegomości wyjechaliśmy z ziemianami samborskimi i starcami, co o tem dobrze wiedzą. Tedy władyka począł ukazywać i rzekł stanąwszy tak: „Mili panowie! to jest cerkiewna ziemia świętego Spasa po lisi bród i za księcia Jerzego i za innych wielu władców (dzierzawców). A to wiadomo ziemianom samborskim i starcom samborskim i wszem obopólnym“. Takośmy puścili na ziemian i na starców. Tedy ziemianie, umówiwszy się ze starcami, wyznali, iż po lisi bród ziemia cerkiewna świętego Spasa z wieku dawnego. I to jeszcze wyznali, że ludzie władyki ślad gonią po lisi bród i oddają Topolniczanom[5]), albowiem Topolniczanie mają z władyką granicę a Strzałkowce nie mają. Takośmy wjechali władyce z ziemianami po lisi bród, jak było od wieku i wyznano. Takośmy podług tego wyznania, umówiwszy się z ziemianami, dali władyce list i naszą pieczęcią potwierdziliśmy jemu, iż jest jego po lisi bród. A przy tem byli swiadkowie: pan Iwan Żjurżewicz (syn Jerzego), pan Piotr sędzia przemyski, pan Waśko Bohdanowicz, pan Iwaszko Kornelewski, pan Hryćko łowczy królewski Śmietanka i namiestnik ławrowski Eufemi i starcy ławrowscy i kryłoszanie (kanonicy) samborscy i wielu dobrych. A pisana hramota w Pohoniczach[6]) we czwartek miesiąca stycznia dnia 21. na pamięć świętego ojca Maksyma wyznawcy[7]), roku 1422 po narodzeniu Chrystusowem.

Oryginał pergaminowy dobrze zachowany w bibliotece gr. kat. kapituły w Przemyślu pod sygn. B. 2. Pięć przecięć pergaminu świadczy o odpadłej z paskiem pieczęci. Na zewnętrznej stronie dokumentu podana jest kilkakrotnie treść jego po polsku, rusku i łacinie. Polski napis z XVII. wieku nazywa tę granicę „lisim“ brodem: „po Lisi bród granice między Topolniczany z jednej, a Stryłkowicami z drugiej strony przez starostę samborskiego ograniczone 1422“. Ruski napis współczesny zatarł się. Dokument ten zatwierdził król Zygmunt August w tłómaczeniu polskiem w Krakowie 27. Sierpnia 1549 r. i to na prośbę Antoniego Radołowskiego władyki przemyskiego, w tej formie oblatowano go w grodzie przemyskim w r. 1759 dnia 25. Maja. Odpis powyższego dokumentu udzielił mi p. Mieczysław Błażowski z Przemyśla, przetłómaczył go zaś na polskie prof. dr. E. Ogonowski.

[1]) Późniejszą ręką i bledszym atramentem dodano tu nad wierszem „к“, przez którą to poprawkę rzeczone słowo jako „Тѧ“ się przedstawia.

[2]) Po tem słowie, które na końcu wiersza wypadło, dopisała późniejsza ręka na marginesie „и лкс“. Że jest to dodatek nieautentyczny, świadczy także o tem jego brak w polskiem tłómaczeniu znajdującem się w transsumcie Zygmunta Augusta z r. 1549.

[3]) W oryginale napisano „вьзнали“.

[4]) Strzałkowice wieś o 5 kilometrów od Sambora.

[5]) Topolnica wieś pod Samborem.

[6]) Pohonicze jest to dzisiejszy Sambor.

[7]) W r. 1422 dzień 21. Stycznia przypadał na Środę a nie na Czwartek.

XXXIII.

W Przemyślu 13. Marca 1424 r.

Spytko z Tarnowa starosta ruski ogłasza wyrok w sprawie Eliasza władyki przemyskiego przeciw Januszowi Nasangniewowiczowi o grunt we wsi Kormanicach.

Nos Spithco de Tarnow terre Russie capitaneus generalis significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo, dum de mandato speciali serenissimi principis domini domini Wladislai Dei gracia Regis Polonie etc., domini nostri graciosissimi, in causa honorabilis domini Ilia, Ruthenici episcopi alias wladice Premisliensis, in qua agebat et processebat iudicialiter contra Ianussium Nasangnewowicz pro area ecclesiastica alias o dworzischze, Dzunyegyowo nuncupata, in villa Cormanicze in Premisliensi districtu sita, quomodo idem Ianussius

ipsam aream minus iuste possideret, iudicio presidebamus [1]), tandem Ianussius respondit, dicens: „Habeo literas Regie Maiestatis donacionem perpetuam dicte aree una cum villa Cormanice [2]) simul patri meo per Maiestatem Regiam factam in se continentes, que litere aput patruum meum sunt in partibus Slezie, petoque, ut oblacioni ipsarum coram vobis michi terminum dare velitis et assignare competentem". Nos itaque auditis affectibus dicti Ianussii racionabilibus sibi oblacionem literarum predictarum seu munimentorum super dicta area per decem et octo septimanas terminum assignavimus et dedimus literasque papireas incisas ipsis ab utraque parte dedimus, terminum in eisdem ipsis assignantes. Adveniente itaque decem et octo septimanarum termino in adventu tunc domini nostri Regis graciosissimi constituti coram nobis parte ab utraque cum literis incisis per nos ipsis traditis, idem Ianussius literas seu munimenta super dictam aream Dzunyegyowo coram nobis non exhibuit nec obtulit, sed coram nobis et dominis subscriptis, nobiscum protunc [3]) iudicio presidentibus, videlicet domino episcopo Premisliensi, Petro Wlodcowicz subdappifero (*sic*) Sandomiriensi, Domarath castellano Beczensi, Michaele de Buczacz Halicensi, Wlad Cropeczensi capitaneis, Stanislao Dauidowsky, Demetrio Chodorowsky, Dobeslao Sprowsky, Senkone Sennowsky, Czurilone de Stoyanicze, Iohanne Culicowsky, Iwancone Dersnakowicz, Wolczcone Boretinsky, Iaschcone Mezenyczky, Pechnone Bogdanowicz, Iwaschcone Ianczinsky, Oleschcone Leopoliensi, Petro Premisliensi iudicibus et aliis multis fidedignis dixit ita: „Patruus meus subitanea morte est defunctus in terris Slezie et nescio, quo literas predictas seu munimenta fecit et reposuit; peto igitur ad hanc oblacionem dictarum literarum ulteriorem terminum michi dare [4]), ut ipsas interim inveniam, ubi sint reposite, coram vobis oferam et exhibeam". Quo iterum audito, sibi pro dicta area Dzunyegyowo ad iteratas decem et octo septimanas ultimum et peremptorium terminum dedimus et assignavimus, decernentes ibidem inter nos cum dictis pro dicta area ipsum condempnari, si et in quantum esset et fieri deberet in dicto peremptorio termino in oblacione literarum predictarum seu munimentorum insufficiens et defectuosus. Dum autem terminus peremptorius et ultimus decem et octo septimanarum advenisset, in quo cum dominis subscriptis videlicet Iohanne de Mzurow woyewoda Premisliensi, Przeczslao et Nicolao fratribus germanis de Bogyowicze, Paschcone Golambek, Budcone de Nathcowice, Fridrone, Pechnone Bogdanowicz, Wancone Premisliensi advocato, Hridzcone Wolczisczowsky, Iwancone Caplicz, Nicolao Orzechowsky, Fedorcone Moschenczicz, Radcone Riboticzsky, Iwancone Werboticzsky, Andrea Dzeciąthcowicz [5]) et aliis pluribus fidedignis in eadem causa in iudicio sedissemus (*sic*), ubi veniens prefatus wladica Premisliensis pro predicta area coram nobis paruit et stetit. Ianussius vero pretactus nec paruit neque literas seu munimenta obtulit, prout debuit. Propter quod visa iusticia

predicti wladice sibi predictam aream Dzunyegyowo contra Ianussium prescriptum et fratres ipsius cum omni iure, proprietate et dominio perpetuo adiudicavimus obtinendam. Ianussio vero et fratribus suis perpetuum silencium fecimus et imposuimus ac imponimus, tenore presencium mediante. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Premislia feria secunda proxima post dominicam Invocavit anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto.

Oryginał pergaminowy dobrze zachowany w bibliotece gr. kat. kapituły w Przemyślu pod sygn. B. 3. Po odpadłej pieczęci pozostał pasek pergaminowy.

[1]) Ponieważ następny termin oddalony był od obecnego o 18 tygodni, a następny przypadał na 8. Listopada 1423 r., przeto przypadał obecny na 5. Lipca 1423 r.

[2]) Wieś Kormanice leżąca w Przemyskiem.

[3]) Ponieważ termin ten od następnego oddalonym był o 18 tygodni, a następny przypadał na 13. marca 1424, przeto przypadał obecny na 8. Listopada 1423 r.

[4]) Współczesna ręka poprawiła na *dari*.

[5]) Litera *ą* wyrażona przez o przekreślone.

XXXIV.

W Pilźnie 12. Września 1425 r.

Sołtys i rajcy miasta Pilzna poświadczają, że Agnieszka owdowiała Nyrowa zapisała, wybierając się dnia 7. Maja 1423 r. w pielgrzymkę do Rzymu, jatki rzeźnicze na rzecz ołtarza N. Maryi Panny w kościele pilźnieńskim św. Jana Chrzciciela.

Nos Cwnusch scultetus, Andreas Gladiator, Nicolaus Longus, Iohannes de Sanok et Nicolaus Niger consules civitatis Pylssno significamus singulis, quibus expedit, ac universis, quomodo ante tempora nondum tribus annis elapsis in vigilia sancti Stanislai tempore Maii [1]) ad nostri veniens consulatus personaliter presenciam devota et virtuosa domina Agnes, Nicolai alias Nyr felicis memorie civis nostre civitatis relicta, in precinctu vie curie Romane existens et limina beatorum Petri et Pauli apostolorum Ihesu suffragio optans visitare, usus altaris et redditus de bonis propriis iuste laboribus acquisitis gliscens ampliare, ut ex hiis anime legancium felicia possent consequi incrementa, ipsa vero mente

sana et corpore, debita fungens racione, nullo corpore seducta fraudis sed magis almi adacta pneumatis gracia ob spem summe felicitatis dictum revolvens sua in mente domini: „Qui reliquerit domum et agros et similia propter nomen meum centuplum accipiet et vitam possidebit eternam“, igitur huius premissi desiderans esse particeps receptura pro terrenis celestia, pro transitoriis mansura, pro perituris eterna, ad laudem et ad honorem Dei omnipotentis et beatissime Marie Virginis gloriose toteque (*sic*) cohorti (*sic*) supernorum, nobis audientibus ex parte maccelli carnium sui (*sic*) certi (*sic*) hereditatis siti et locati inter maccella carnificis Nicolai sculteti parte ex una et Nicolai Nowipistoris parte ex altera in linea scampnorum versus pretorium racionabili disposicione tale ordinavit cum effectu, sagaciter fecit sue ultime voluntatis testamentum, ut si divina permittente clemencia ipsam Agnetem in via eadem peregrinacionis diem suum extremum claudere acciderit, ex tunc dictum maccellum donavit, dedit testamentaliter et cum omni iure, limitibus, possesione hereditarie, prout sola tenuit, cum effectu sine dolo contulit, legavit censuandum et assignavit pro altari beate Marie Virginis gloriose siti (*sic*) et fundati (*sic*) per fratres fraternitatis altaris dicti in ecclesia sancti Iohannis Baptiste parrochiali ibidem in Pylssno, ut ultra priores census altaris prefati censuare debeat et habet (*sic*) honorabili viro domino Iohanni alias Gleczer, moderno altariste eiusdem, exhinc omnibus et singulis suis legitimis successoribus eternis temporibus et perpetuis. Et ut hec legacio salubre anime leganti tribuat subsidium et salutem . . prescriptus dominus Iohannes sui legitimique successores racione huius solempnis testamenti singulis annis perpetue ex parte fraternitatis dicte voce cantare tenentur missas, dies, officia infrascripta sine omni contradiccione rate in futuris et grate inviolabiliter et tenere se sub bona fide obligarunt, puta in diebus Nativitatis Cristi Ihesu, Circumcisionis eiusdem, Epiphanie domini, Ascensionis eiusdem et Corporis Cristi, nam omnis altaris dicti tutor legittimus et rector investitus aut eius vicarius iuxta confirmacionem singulis diebus dominicis cantare voce missam sunt iuridice astricti. Et quia predicte solempnitates quinque dierum interdum extra diem cadunt dominicum, ideo presenti sunt incluse serie, ut prefertur, ad cantanda tali addita condicione, ut si aliquo motu advocatorum aut arbitrio civitatis vel alio, quod absit, casu, quibusvis censetur nomine et vocabulo, dictum maccellum vendere contigerit, ex tunc recepta pecunia per sepedictum dominum Iohannem aut per eius sequaces legittimos cum decretu (*sic*) fratrum nominate fraternitatis et collatorum, ad quos ius patronatus altaris spectare dinoscitur, racionativa in simul habita persuasione proborum et consilio de alio altaris censu comodo sciscitare habeat et competenti, quo invento ex tunc pro pecunia maccelli eiusdem venditi loco priori redditus alium censum perpetuum notato domino Iohanni et eius legittimis succedaniis pro omni sorte pecuniali vendita, in quantum se taxa extendit

sumaria emant et cum effectu procurant (*sic*) perpetuis temporibus duraturis. Harum quibus testimonio literarum sigillum nostre civitatis maius pro roboramine presentibus est subappensum. Datum Pylssno feria quarta proxima post festum Nativitatis Marie sanctissime anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto.

Na zewnętrznej stronie inna ręka nieco późniejsza napisała:

Item hoc maccellum carnificum ego Iohannes de Lanczhuth altarista pro presenti conpulsus per advocatos et per arbitrium tocius civitatis vendidi cum consensu et voluntate fratrum fraternitatis beate Marie Virginis pro XVIII. marcis et pro eisdem pecuniis emi alios census atque alteram dimidiam marcam [2]). Sed [3]) literam nolui cassare propter ipsam scripturam et testamentum, quod fecit honesta domina Agnes alias relicta Nicolai Nyr, ut patet in litera et pro eadem pecunia est emptum unum pratum cum horreo pro XXVI. marcis apud brevem Petrum carnificem.

Oryginał pergaminowy w Zakł. nar. Im. Ossolińskich nr. 770 bez pieczęci, pozostał tylko pasek pergaminowy.

[1]) Zapis ten miał zatem miejsce w dniu 7. maja 1423 r.
[2]) Tutaj dwa wiersze wykreślone.
[3]) Odtąd ręką odmienną, ale także dawną.

XXXV.

Pomiędzy Przemyślem a Żurawicą 12. Lipca 1425 r.

Piotr z Charbinowic starosta ruski rozgranicza z polecenia królewskiego wieś Żyrawicę od dóbr miasta Przemyśla.

Nos Petrus de Charbinowice capitaneus Russiae generalis significamus etc. (*sic*), quomodo nobis ex speciali mandato domini nostri Regis graciosissimi una cum nobilibus et terrigenis infrascriptis super limitaciomem circumferentialemque distinctionem granicierum inter civitatem Premisliensem eiusdem domini Regis ab una et hereditatem Zyrawica [1]) dictam nobilis domini Dobeslai succamerarii Russiae ab altera partibus descendentibus, ibique ducti sumus per senes, qui pro utraque parte vocati fuerunt

secundum consuetudinem iuris communis causa agnoscendae veritatis inter partem utramque. Incipientes primitus a suppremo rivi cuiusdam dicti Wieprnica transeundo directe usque ad rivulum Royatyn dictum et stratam communem, qua de Premislia in Iaroslawiec [2]) itur, dixeruntque (*sic*) dicti senes unam partem civitati adiacentem ad civitatem spectare, aliam vero haerentem hereditati memoratae ad ipsam hereditatem Zyrawica pertinere, et eisdem parte ab utraque scilicet tam advocato et consulibus iuratisque civitatis memoratae, quam etiam dicto domino Dobeslao succamerario Russiae ipsa per eosdem senes edicta placuerunt. Unde nos una cum nobilibus et terrigenis Russiae infrascriptis ad plenum visa et considerata eductione eorundem senum iusta et rationabili, nulla parte eam impugnante, ipsas granicies taliter limitavimus distinguimusque circumferentialiter, praesentibus decernentes: itaque primo incipiendo a suppremo rivi dicti Wieprznica et transeundo directe usque ad Royatyn rivulum et stratam communem, qua in Iaroslawiec itur, inter quos rivulos granicies alias kopce immediate unam post aliam sequentem ereximus et erigere fecimus. Ita tamen, quod pars adhaerens civitati ab ilis graniciebus ad civitatem spectabit; alia vero adhaerens villae memoratae ab eisdem graniciebus ad hereditatem memoratam Zyrawica spectare debebit. Quae quidem granicies, sic inter eandem civitatem Premisliam et hereditatem Zyrawica per nos distinctae et limitatae, inviolabiliter perpetuis temporibus stabunt et stare debebunt, ita quod de cetero nulla pars ex eisdem partibus nihil in praemissis alio tempore vel momento movere contra aliquem debebit, immo perpetue silere. Harum testimonio litterarum, quibus sigillum nostrum est subappensum. Actum in loco memorato limitationis granicierum feria quinta in vigilia sanctae Margarethae anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo quinto, praesentibus nobilibus dominis Sencone de Sienno [3]), Iwano de Rokitnica, Nicolao de Mylczyce, Petro Bogdanowicz, Goląbcone de Zamiechow, Butkone de Zaborze, Fredrone de Pleszowice, Fedkone de Bolestraszyce, Conrado de Chusienice, Iaskone de Mycnice, Bernardo de Stobro et Nicolao de Orzechowce heredibus et aliis quam plurimis testibus ad premissa.

Według kopii znajdującej się w akcie lustracyjnym z r. 1617. Dokument ten potwierdził król Zygmunt I. w Krakowie „*feria secunda proxima post dominicam conductus Paschae* (13. Kwietnia) *anno domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio*“, a potwierdzenie to potwierdził na nowo król Zygmunt III. w Warszawie 22. Października r. 1615. Ostatnie potwierdzenie wpisano do aktów ziemskich przemyskich 26. Stycznia r. 1774.

[1]) *Zyrawica* dziś Żurawica wieś pod Przemyślem.
[2]) Tak zawsze w dokumencie tym nazwany Jarosław miasto powiatowe w Galicyi.
[3]) *Senino* w kopii.

XXXVI.

W Sączu 18. Lipca 1426 r.

Krystyn z Kozichgłów kasztelan sądecki (krakowski?), jeneralny sędzia ziemi sądeckiej, poświadcza, jako Klemens Franczuch niegdyś dziedzic z Nosaczowic odstąpił bratu swemu rodzonemu Janowi Franczuchowi część tej wsi.

Nos Cristinus heres de Cosze(*glowy*) [1]) castellanus Cracouiensis (*sic*), generalis iudex terre Sandeczensis, ad omnium noticiam cupientes devenire, significamus t(*enore*) presencium universis et singulis, quibus expedit: quia coram nobis nostrorumque assessorum presencia constitu(*tus*) personaliter nobilis Clemens Franczuch olim heres de Noszaczowicze [2]), non coactus nec compulsus nec aliquo dolo (*fr*)audis seductus, recognovit se totam partem patrimonii ibi, que (*sic*) locorum habuit et habiturus est, condescendisse et resignasse nobili Iohanni dicto Franczuch heredi de ibidem, fratri suo germano et eius successoribus, quod ipse prenominatus Iohannes predicto Clementi fratri suo pro totali porcione patrimonii satisfecit, ita tamen quod amodo ipsum Iohannem et eius posteros impedire et amonere (*sic*) non debet perpetualiter predictum ordinem et divisionem inter ipsum et fratrem suum tenere et observare et pro quo eciam idem Clemens ipsum Iohannem racione patrimonii citaverat, ipsum ab omnibus perpetualiter liberum dimisit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Datum in Sandecz ipso die sancti Arnolphi [3]) anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, presentibus nobilibus Pelka, Wchacz Derslao dicto [4]) heredibus de Adamowawola, Wornario et Petro heredibus olim de Gaban, Prandocze de Lucowicze et Nicolao dicto Czeczothka Nicolaoque Cracowka heredibus de Lucowicza.

Oryginał wilgocią i rdzą uszkodzony w bibl. Zakł. nar. Im. Ossolińskich nr. 737. Na pasku pergaminowym zawieszona na ciemnozielonym wosku wyciśnięta malutka pieczątka ze znamionami herbowemi nie bardzo już wyraźnemi, ale mimoto rozpoznać można herb Lis, napis w otoku zaś już zupełnie nieczytelny. — Dokument ten niezawodnie jest oryginałem, wszystkie zewnętrzne znamiona stanowczo za tem przemawiają, tak pismo jak pergamin i zawieszona pieczątka, a mimo to zawiera on łamigłówkę, którą rozwiązać trudno. Pochodzi on od Krystyna z Kozichgłów, jak o tem świadczy i napis i pieczątka, lecz ten Krystyn z Kozichgłów nigdy nie był kasztelanem krakowskim, w r. 1426 był nim najniezawodniej Krystyn z Ostrowa herbu Rawicz.

Obok tego Krystyna z Ostrowa kasztelana krakowskiego występuje w Helcla pomnikach przez długie lata Krystyn z Kozichgłów, kasztelan sądecki, herbu niezawodnie Lis (choć Niesiecki daje mu herb Zerwikaptur), co wynika z opisu chorągwi jego w bitwie pod Tannenbergiem u Długosza podanej i z zawieszonej u naszego dokumentu pieczątki. Krystyn z Kozichgłów zatem nie był roku 1426 kasztelanem krakowskim i nie był nim w ogóle nigdy, jakże więc wytłómaczyć tę okoliczność, że w naszym dokumencie, który falsyfikatem żadną miarą być nie może, występuje sam jako kasztelan krakowski? Najprawdopodobniej polega to na niedbalstwie pisarza, który zamiast *Sandeczensis* napisał *Cracouiensis*. Tłómaczenie to wyda się może niejednemu nieprawdopodobnem w obec tego, że Krystyn sam dokument ten wystawia, że więc pisarz jego dobrze wiedzieć musiał, w czyjem imieniu dokument wystawia. Przyznaję, że tego rodzaju niedbalstwo rzadko pewnie się pojawia, mimo to jednak możemy właśnie z Sącza, który, zdaje się, odznaczał się tą specyalnością, przytoczyć drugi podobny przykład. Dnia 21. Kwietnia 1356 r. wystawił Wydźga dla mieszczan sądeckich dokument, zaczynający się od słów: *Nos Wydzga Castellanus Sandeczensis* (zob. Piekosiński kod. dypl. małop. str. 290 i 291), dokument ten jest niewątpliwie oryginałem, a mimo to Wydźga nie był nigdy kasztelanem, lecz starostą sądeckim.

[1]) Pierwsze pięć liter zupełnie dobrze zachowane, z szóstej litery pozostała jeszcze dolna zakrzywiona kreseczka, reszta skutkiem rdzy i wilgoci zniszczona, nie może zatem ulegać wątpliwości, że tutaj stał wyraz: *Coszeglowy*.

[2]) Porównaj dok. nr. XXIX. powyżej oddrukowany.

[3]) Św. Arnolfa obchodzono w Polsce według kalendarza krakowskiego (Biel. Mon. Pol. Hist. II.) w dniu 18. Lipca.

[4]) Właściwie stać powinno: *Derslao dicto Wchacz*.

XXXVII.

W Drohobyczu 8. Lipca 1427 r.

Władysław Jagiełło wyposaża kościół koropiecki.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum prudenter occurrimus incommodis, dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium annotacione perhennamus, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracowie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyawie Litwanieque princeps suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo zelo devocionis accensi, cupientes diem extremi iudicii pietatis operibus

prevenire et ut ecclesia perrochialis (*sic*) in Kropiecz [1]) collacionis nostre in honorem omnipotentis Dei et sanctorum Nicolai episcopi et confessoris ac Katherine virginis fundata, certis sit dotata stipendiis, quod rectores in ea pro tempore existentes nostris suffulti presidiis Creatoris nostri clemenciam pro nostra et incliti nati nostri carissimi domini Wladislai, nobis dono Dei dati, salute eo attencius valeant exorare et inibi cultum divinum augere et pertractare sollicite et constanter, peticionibus itaque devoti Nicolai eiusdem ecclesie plebani aclinatí, sibi et ecclesie sue predicte in Kropiecz de innate nobis celsitudinis clemencia, villam Dyalowa [2]) in terra Russie et eodem districtu Kropiecensi sitam, necnon decimam metretam brazei et cuiuslibet grani de molendino Kropiecensi nobis provenientem, dicte ecclesie annexa ab antiquo, ac eciam decimas manipulares cuiuslibet grani post omnes et singulos agros et araturas allodiorum et curiarium nostrarum, ibidem in Kropiecz pro nunc erectarum, item annonas missalium alias Meschne in dicto opido Kropiecz et ubivis locorum de quolibet laneo per quemcumque possesso in iure Thewtunico per unam siliginis et aliam avene mensuras sive truncos, klodi dictos, damus, inscribimus, annectimus et donamus donacione perpetua irrevocabili et in ewum, per ipsum Nicolaum plebanum et eius successores memoratam villam Dalyowa (*sic*) cum omnibus et singulis eiusdem ville utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, agriculturis, pratis Suchdol, campis Tupali dictis, pascuis, silvis, mericis, gaiis, nemoribus, rubetis, sareptis, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, stangnis, lacubus, paludibus, piscinis, piscaturis, fluviis, rivis, torrentibus, aquis earumque decursibus, molendinis et emolimentis ipsorum, attinenciis, pertinenciis, coherenciis, appendiis, obvencionibus et usibus universis, qui modo ibidem sunt et imposterum per ipsum plebanum et ipsius successores augeri possunt quoquomodo et disponi, nichil pro nobis et nostris successoribus iuris, proprietatis et dominii in eadem villa penitus reservantes; ac decimam metretam de molendinis, decimas manipulares et annonas missalium superius descriptas tenebunt, habebunt, utifruentur, tollent, percipient et pacifice possidebunt temporibus perpetuis affuturis. Volentes autem, ut dicta villa Dalyowa convolacione hominum condicionem recipere valeat prompciorem, ipsam prout in suis metis et limitibus longe, late et circumferencialiter ab antiquo limitata existit et distincta, de iure Polonico, Ruthenico et quovis alio in ius Thewtunicum, quod Maydburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum, removentes ibidem omnia iura Polonicalia, Ruthenicalia et quevis alia, modos et consuetudines universas, que plerumque ipsum ius Thewtunicum consweverunt perturbare. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus scultetum necnon et omnes et singulos kmethones, thabernatores et quosvis dicte ville incolas ab omni iurisdiccione et potestate omnium regni nostri palatinorum, castellanorum, capita-

neorum, iudicum, subiudicum, woyewodarum et quorumvis officialium et ministerialium eorumdem, ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam magnis, quam parvis, puta furti, incendii, sangwinis, membrorum muthilacionis et quibus (*sic*) enormibus excessibus citati minime respondebunt nec aliquas penas solvere teneantur, sed tantum dicte ville kmethones, tabernatores et quivis incole coram suo sculteto, qui fuerit pro tempore, scultetus vero coram prenominato Nicolao plebano vel procuratore suo aut coram nobis vel iudicio nostro generali, dum tamen per nostram litteram nostro sigillo sigillatam idem plebanus evocatus fuerit et citatus et hoc si in reddenda iusticia negligens fuerit et remissus, tunc non aliter quam suo iure Thewtunico de se querulantibus respondere sit astrictus. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis memorate ville sculteto in metis et graniciis iudicandi, sentenciandi, puniendi, corrigendi, plectendi et condempnandi plenam damus et omnimodam tenore presencium concedimus facultatem, prout hoc ipsum dictum ius Thewtunicum Maydburgense in omnibus suis punctis, sentenciis, condicionibus, articulis et clausulis postulat et requirit. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Drohobicz infra octavas Visitacionis sancte Marie feria tercia anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, presentibus strenuis et nobilibus Floriano de Corithnicza Castellano Wisliciensi, Alberto Malsky Lanciciensi et Scheliga Siradiensi Subcamerariis, Manszicone de Dambrowa Mense Regie Subpincerne (*sic*) Generali, Laurencio Zaramba Regni nostri Marschalko et Vincencio Swidwicz de Schamothuli multisque aliis fidedignis. Datum per manus venerabilium Iohannis Decani Cracouiensis, Regni Polonie Cancellarii et Stanislai Czolek eiusdem Regni Polonie Vicecancellarii, sincere nobis dilectorum.

Z oryginału pergaminowego znajdującego się w prywatnym ręku przepisano dla Akademii Umiejętności w Krakowie. U oryginału na świeżo dorobionym sznurku czerwonym jedwabnym zawieszona jest prawdziwa pieczęć większa Władysława Jagiełły na czerwonym wosku wyciśnięta.

[1]) Koropiec wieś w powiecie buczackim.

[2]) *Dyalowa*, Delawa wieś w powiecie tłumackim i dzisiaj należąca do probostwa koropieckiego.

XXXVIII.

W Pilźnie 12. Listopada 1428 r.

Władysław Jagiełło, opierając się na przywileju, nadanym mieszkańcom Pilzna przez króla Kazimierza, uwalnia ich od opłaty cła na jarmarkach i targach w Wojniczu.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lythwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presencium noticiam habituris, quomodo iuxta literas serenissimi principis Kazimiri Regis Polonie nostri predecessoris coram nostra Maiestate productas, quibus civitas nostra Pylsno ab exaccionibus et solucionibus theoloneorum et foralium est in Woynycz [1]) libera penitus et exempta, condicionem eiusdem civitatis Pylsno cupientes facere meliorem, civibus, mercatoribus, vectoribus et salis ductoribus aliisque incolis in ipsa civitate existentibus ab omnibus solucionibus et quibuscunque dacionibus theoloneorum et foralium tociens, quociens ipsos cum mercanciis et rebus in Woynycz descendere contingerit (*sic*), omnimodam dedimus et contulimus damusque et conferimus presentibus libertatem. Quocirca vobis capitaneis, tenutariis, procuratoribus, viceprocuratoribus in Woynycz, et signanter Marco, civi Cracouiensi theoloneatori nostro, consulibus et civibus ibidem in Woynycz, qui pro tempore fueritis, theoloneatoribus fidelibus nostris dilectis firmis nostris damus regalibus in mandatis, quatinus dictos cives, mercatores, vectores et salis ductores et quosvis predicte civitatis nostre Pylsno incolas tociens, quociens ipsos ibidem in Woynycz descendere cum rebus et mercanciis quibuscunque et quocienscunque contingerit (*sic*) vendere et emere eciam in foris, tam nundinum (*sic*) quam ebdomadarium, permittatis et permitti faciatis absque prefati theolonei exaccione et solucione citra nostram revocacionem specialem efficiendum, ne in rebus ipsorum et mercanciis predictis dampnum paciantur aliquod et gravamen. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum et datum in Pylsno feria sexta in crastino sancti Martini anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo octavo.

Ad relacionem wenerabilis Iohannis Decani Cracouiensis, Regni Polonie Cancellarii etc.

Oryginał dobrze zachowany w zbiorze dokumentów Zakładu narodowego Imienia Ossolińskich nr. 768. Po zawieszonej pieczęci pozostał tylko kawałek paska pergaminowego.

[1]) Wojnicz miasto w powiecie brzeskim.

XXXIX.

W Jarosławiu 5. Listopada 1430 r.

Spytko z Tarnowa czyli z Jarosławia pozwala na zamianę łanów dla kościoła we wsi Łowcach.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Spythko de Tharnow alias de Iaroslaw significamus tenore presencium presentibus et futuris, noticiam presentem (*sic*) habituris, quibus expedit universis: quomodo ad presenciam nostri nostrorumque assessorum veniens providus Lucz Chodori filius deliberato animo agrum suum vel vulgari obschar, quem pater suus felicis recordii a nobis optinebat, in hereditate nostra Lowcze [1]) in districtu Iaroslaviensi sita deprope gades ville nostre Ostrow [2]) taliter dicte nobili Marcissio de Woyczіechow iure hereditario pro viginti marcis monete comunis in regno Polonie currentis publice se recognovit vendidisse et iuste resignacionis, vendicionis titulo resignasse, prout solus tenuit, possedit et habuit cum omnibus utilitatibus et proventibus, nichil pro se aut successoribus suis reservando in eisdem. Eciam idem Marcissius fidelis noster dilectus habuit nos supplicatum pro consensu nostro speciali comutacionis alterius lanei per eundem Marcissium aput Massonem Lowczycz kmethonis ibidem in Lowcze ex opposito eclesie empti, pro laneo plebani ibidem ex donacione nostra speciali ad eclesiam ab antiquis dato et pertinente. Decernentes vero, quia laneus Massonis utilior est pro ecclesia et rectore pro tempore existente ..... [3]) et Petro protunc ... [4]) ecclesie plebano, ab ipso certam et racionabilem arbitrii voluntatem augurantes dictam comutacionem perpetuo admisimus predicto domino Petro laneum dictum Massonis pro ecclesia assignando, annectentes laneum ecclesie priorem ad agrum dictum obschar per eundem Marcissium aput Lucz emptum et insimul in unum congregatum eidem Marcissio et successoribus suis legittimis eundem angulum alias obschar aput Lucz emptum, quem eciam aput plebanum per ... [5]) a gadibus eiusdem anguli usque ad flumen Rokythnicza recte tendendo cum omnibus eiusdem anguli utilitatibus, fructibus, proventibus confirmamus, damus, donamus, ratificamus et iure hereditario apropriamus, quantum longe, late et circumferencialiter eidem angulo sicut in se distincto per eundem Marcissium et successores suos legittimos eosdem angulos taliter .... [6]) coadunatos tenendos, habendos, possidendos, utifruendos, regendos, donandos, comutandos, vendendos, alienandos et in usus suos suorumque successorum beneplacitos convertendos. Nostro tamen consensu et voluntate speciali ad id accedente attribuimus, quod eciam eidem Marcissio et successoribus

suis legittimis ad eosdem angulos liberam facultatem silvam nostram retro Shan pro scindendis edificiorum roboribus et lignis domesticis intrandi secundum prout et aliis servitoribus nostris indulsimus graciose. Damusque et assignamus eidem Marcissio et successoribus suis legittimis omnimodam potestatem equos, peccora et pecudes pro necessitate ipsius libere pascendi in campis predicte hereditatis Lowcze. Et e converso: kmethones de ibidem in ipsius angulis prefatis libere pascant et hoc sine nocumento ipsorum videlicet tam Marcissii quam kmethonum. Cuius quidem resignacionis, vendicionis, confirmacionis et donacionis tenorem per omnia habere volumus robur perpetue firmitatis et inviolabiliter per nos et nostros successores observare. De quibus quidem angulis idem Marcissius et successores sui legittimi nobis et nostris successoribus ad quamlibet expedicionem generalem equum valoris duarum sexagenarum dare tenebitur et habebit, de qua expedicione feliciter ad propria venientes vice versa eundem equum, dum vivet, restituere eidem habemus, occasione qualibet procul mota. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appenssum (*sic*). Actum et datum in Iaroslaw die dominico proximo post festum omnium sanctorum anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo [7]), presentibus his strenuis et nobilibus dominis: Petro Capitaneo de Rither Subcamerario Reginali, Iwankone de Horzewicze, Iohanne de Mzurow, Nicolao Ptaczek de Ienkowicze, Phal de Pelnyaticze, Mathia Cachna de Czeschatin, Masskone de Chlopy, Nicolao de Orzechow, Nicolao alias Pylch de Bobrka, Penthkone sculteto de Lowcze et aliis quam pluribus fidedignis nobilibus. Scriptum Iohannis nobilis per manus de Possadow protunc notario nostro [8]).

Text wyjęty z potwierdzenia Piotra biskupa przemyskiego d. d. *feria quarta infra octavas beati Laurencii* (11. Sierpnia) *anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto*, gdzie też oryginał Spytkowego przywileju opisany został. Patrz niżej Nr. XLV.

[1]) Łowce wieś w powiecie jarosławskim.
[2]) Ostrów wieś w pobliżu Łowiec.
[3]) Trzy wyrazy tak wypełznięte, że ich odczytać nie można.
[4]) Jeden wyraz zupełnie wypełznięty.
[5]) Kilka liter zupełnie wypełzniętych.
[6]) Jeden wyraz zupełnie wypełznięty.
[7]) Wyraz ten jest poprawką tej samej ręki na miejscu wyskrobanem.
[8]) W tym niewłaściwym porządku i z niewłaściwym ablatiwem na końcu znajdują się wyrazy te w dokumencie.

XL.

W Przemyślu 8. Maja 1434 r.

Władysław Jagiełło zapisuje biskupom przemyskim miasto Jaśliska i wsie Królikowę, Biskupice, Dalejów i Nową Jasieńkę w powiecie sanockim położone.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Convenit actus hominum, qui vetustate cadunt et successu temporum in oblivionem labuntur, solidis scripturarum fundamentis commendare, qui (*sic*) sagaci providencia nullis marcescunt temporibus, sed scripturarum perhennacione iugi memorie sine muttacione servantur, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracowie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Lytwanie princeps suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris: quomodo attendentes, quod tunc celestium donorum sortes in eterna beatitudine et humane felicitatis auspicia et successus possumus adipisci, dum ecclesiarum profectibus intendimus et ad statum ipsarum munificencie nostre desideriis aspiramus, reverendo in Christo patri domino Ianussio episcopo Premisliensi, ipsius mense et eius successoribus episcopis pro salute anime nostre et pro eo eciam, quod ingruente nobis tempore gwerrarum ardua necessitate certas summas pecuniarum ab eo et Mathia pie recordacionis eius predecessore recepimus, opidum nostrum Iassliska [1]) et Crolicowa [2]), Biscupicze [3]), Daleyow ac Nowa Iaschenka [4]), villas nostras in terra Russie et districtu Sanocensi sitas, prout in suis metis et limitibus longe, late et circumferencialiter sunt distincte et limitate, dedimus, donavimus, inscripsimus ac tenore presencium damus, donamus, conferimus, inscribimus et largimur, cum omni iure, proprietate et dominio, prout soli hactenus tenuimus et possedimus, necnon omnibus et singulis ipsarum utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, agriculturis, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, mericis, gaiis, borris, mellificiis, sareptis, virgultis, quercetis, pinetis, rubetis, vallibus, insulis, stangnis, lacubus, paludibus, piscinis, piscaturis, molendinis et ipsorum emolimentis, fluviis, torrentibus, aquis et eorum (*sic*) decursibus, aucupacionibus, venacionibus et aliis quibusvis usibus, quibuscumque nominibus censeantur, necnon attinenciis, coherenciis et appendiis universis, ad ipsum opidum et villas predictas quomodolibet spectantibus et spectare potentibus in futurum, habendum, tenendum, utifruendum et

pacifice ac quiete possidendum perpetuo et in evum, necnon commutandumt, obligandum, alienandum, vendendum et in usus suos beneplacitos, prout sibi aut suis successoribus episcopis melius, conveniencius videbitur expedire, libere convertendum, salvis iuribus nostris regalibus, que in hominibus aliorum terrigenarum habemus seu habere consuevimus, que pro nobis et nostris successoribus reservamus. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Actum in Premislia Sabbatho ipso die sancti Stanislai Martiris gloriosi infra octavas Ascensionis Domini [5]) anno incarnacionis eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo quarto, presentibus strennuis et nobilibus Predborio de Conyeczpole Castellano Rosperiensi, Nicolao de Brzezye Curie nostre Marschalko, Pyechnone Iudice Premisliensi, Nicolao Slanka de Lapschow, Scarbcone et Iacobo pluribusque aliis testibus fide dignis. Datum per manus magnifici et reverendi patris Iohannis de Conyeczpole Cancellarii, Wladislai de Opporow Electi Wladislauiensis Ecclesie Episcopi, Vicecancellarii Regni Polonie, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem eiusdem reverendi patris
Wladislai Electi Ecclesie Wladislauiensis,
Regni Polonie Vicecancellarii.

5) Oryginał pergaminowy w arch. kapit. obrz. łac. w Przemyślu. Pieczęć wraz ze sznurkiem oderwana. Dokument wydrukowano już w czasopiśmie Przyjaciel Prawdy Chrześciańskiej (Przemyśl 1833, rocz. I. zesz. II., str. 90—93). Bezimienny wydawca przypisał go Władysławowi Warneńczykowi, nie wiedząc, że 8. maja 1434 r. żył jeszcze ojciec jego król Władysław Jagiełło. Dokument ten był oblatowany w grodzie sanockim 25. Października 1773 r., w ziemstwie przemyskiem 10. Lutego 1775. Zatwierdził go zaś na prośbę Macieja Drzewickiego biskupa przemyskiego i kanclerza koronnego król Zygmunt I. w Krakowie 10. Lutego 1512 r. w obecności licznego szeregu świadków, których tutaj podaję, bo widzimy, jak bogaty zastęp senatorów i innych dygnitarzy zjechał się na ślub króla z Barbarą Zapolską, który się odbył 8. Lutego 1512 r. „Presentibus reverendissimis et reverendis in Christo patribus dominis Ioanne Gneznensi et Primate, Bernardino Leopoliensi Archiepiscopis, Ioanne Cracoviensis, Ioanne Poznaniensis, Erasmo Plocensis, Luca Varmiensis, Nicolao Chelmensis Ecclesiarum Episcopis, necnon magnificis, venerabilibus et generosis Spithkone de Iaroslaw Castellano, Nicolao de Camyenyecz Palatino et Capitaneo Cracoviensibus, Nicolao Gardzyna de Ludbrancz Poznaniensi, Ioanne de Tarnow Sandomiriensi, Iaroslao de Lassko Siradiensi, Ioanne Zaremba de Calynowa Lanciciensi, Nicolao de Crethkow Brestensi, Stanislao de Cosczielecz Iuniwladislaviensi, Ioanne Odrowansch de Sprowa Russie, Nicolao de Pilcza Belzensi, Nicolao Firley de Dambrowicza Lublinensi, Otha de Chodecz Podolie Palatinis, Luca de Gorka Poznaniensi et Capitaneo Maioris Polonie generali, Christoforo de Schidlowiecz Sandomiriensi et Vicecancellario ac Siradiensi, Sochaczoviensi et Gosthinensi Capitaneo, Ioanne Iarand de Brudzow Calissiensi, Andrea de Oporow Brestensi, Thoma de Barthniki Plocensi, Andrea de Radzieiowicze Sochaczoviensi, Iacobo de Siekluka Voyniciensi, Nicolao Iordan de Zakliczyn Visliciensi,

Nicolao de Schidlowiecz Radomiensi, Andrea de Thanczin Biecensi, Andrea Czurilo de Sthoianowicze Premisliensi, Albertho de Pothulicze Camenensi et Nicolao Missopad Czechoviensi Castellanis, Stanislao de Chodecz Marsalco et Capitaneo Leopoliensi, Andrea de Cosczielecz Thesaurario Regni Nostri, Scepusiensi, Oswiaczimensi, Iuniwladislaviensi et Bidgostiensi Capitaneo, Zupparioque ac Procuratore Generali Cracoviensi, Ioanne Lathalski Gneznensis, Cracoviensis, Lanciciensis Ecclesiarum Preposito, Petro Thomiczki Archidiacono. Sigismundo Thargowiczki decretorum doctore, Ioanne Carnkowski Canonicis Cracoviensibus et Stanislao Goreczki Preposito Calissiensi, Secretariis nostris, Stanislao Iaroczki Marsalco, Stanislao Chroberski Vexillifero, Incisore et Subpincerna et Nicolao Oczieski Magistro Agasonum curie nostre, Costensi, Pizdrensi et Conynensi Capitaneo".

[1]) "Jaśliska miasto w powiecie sanockim. „Miasteczka Jaślisk urządzenie według prawa magdeburskiego — czytamy w Przyj. Pr. Chr. roczn. I., zesz. III. str. 106 i 107 — idzie od Kazimierza W. kr. Polsk., który z Opatowa w oktawę św. Agnieszki (t. j. 28. Stycznia) r. 1366 w obecności Zawiszy kaszt., Piotra starosty sądeckich, Rafała sandom. podkomorzego, Bodzanty prokur. generaln., Jana z Jurkowa, Węgrzynowi niejakiemu Janowi Henzelinowi i następcom jego nadał wójtowstwo w mieście Henstbok, zepsute z Hochstadt, czyli Wysokiem mieście do posiadania go prawem magdeburskiem na wzór miasta Biecza, 200 łanów pola odznaczył król Kazimierz z młynami, stawami, jatkami dla rzeźników, sklepikami sukiennemi i z łaźnią. Wójt miał łanów 4 wolnych dla siebie, dworek, czynsze od rzeźników, szewców, sukienników, czy na łokcie, czy na postawy sprzedających, czynsz zwany *Schreyceig* (?), czynsze z ogrodów miejskich, czynsz od balwierzy zwany *Sthergadom* (?), od wagi miejskiej, które się zowie *Woge*, od stacyi solnej *Salctege*, od składu piwa i wina *Schrotowe* (?), grosz szósty z czynszów, grosz trzeci od spraw osądzonych. Dwa łany wolne przeznaczył król dla kościoła, stawiać się mającego, dwa łany dla pędzenia bydła (*Skothnica*), cztery łany na pastwisko (*Wiwayde*). Mieszczan i mieszkańców lokować się mających uwolnił król na lat 20 od podwód, stacyi, pogoni wszelkich, po latach 20 płacić mieli na św. Marcin królowi po 10 szkotów czynszu, plebanowi na dziesięcinę po szkocie. Sołtys i następcy obowiązanym był przy każdej królewskiej expedycyi ruszyć na służbę z dwiema płachty (*cum duabus plachtis*), Nadto wójt, mieszczanie i kmiecie wsi przyległych albo powinni byli dać trzy obiady w czasie sądów generalnych przez króla lub wiceprokuratora jego odbywających się, lub za każdy obiad zapłacić *fertonem unum*. Wójtostwo z prawami mu nadanemi kupił r. 1432 Jan Lubiniusz bisk. przem. od szlachetnego Jędrzeja de Łubne Oporowskiego. — Andrzej Oporowski bisk. warmiński, administrator biskupstwa przemyskiego w niedzielę mięsopustną r. 1477 (to jest 16. Lutego) w obecności Pawła z Wroczymowic proboszcza, Jana z Humnisk dziekana prałatów kapituły przemyskiej, Andrzeja Kobylińskiego kanonika kruświckiego, parocha brzozowskiego, Macieja Golcowskiego plebana chcąc podnieść rujnujące się miasto Jaśliska, powyższy przywilej króla Kazimierza co do wolności mieszczan wskrzesił i rozciągnął go do czasów wieczystych".

[2]) Królik polski i wołoski wsie w pobliżu Jaślisk w powiecie sanockim, należące i dziś do biskupów przemyskich rz. kat.

[3]) Biskupic nie posiadają dzisiaj biskupi przemyscy rz. kat., nie ma też takiej nazwy wsi w okolicy, w której leżą inne tutaj wymienione.

[4]) Daliowa wieś w powiecie sanockim o 9 kilometrów od Jaślisk, Jasionka wieś w powiecie krośnieńskim o 3 i pół kilometra od Dukli. Obie należą do bisk. przemyskiego.

[5]) Dokument ten pochodzi zatem z dnia 8. maja 1434 r., data bardzo dokładnie podana. Jest to ostatni dokument Władysława Jagiełły, jaki dotąd w ogóle znamy, umarł on, jak wiadomo, w kilkanaście dni potem.

XLI.

W Nowym Sączu 15. Lutego 1437 r.

Mikołaj Kozłowski kanonik krakowski zaopatrzony do tego przez sobór bazylejski w osobne pełnomocnictwo upoważnia każdego kapłana do dania z zachowaniem przepisanej formy absolucyi z wszelkiego rodzaju grzechów Janowi Dębance z Żórawnika, który złożył pewną sumę w kasie kościoła w Nowym Sączu.

Universis presentes literas inspecturis. Ego Nicolaus Coslowski magister theologie, canonicus Cracouiensis, a sacra sinodo Basiliensi ad execucionem indulgenciarum pro reduccione graciarum per ipsam sinodum concessarum comissarius in toto regno Polonie constitutus, tenore presencium notum facio, quod nobilis Andreas filius nobilis Iohannis dicti Dębanka de Zorawnik, prout in sua consciencia asseruit, contribuit ad predictum opus reduccionis et in trunco in ecclesia parochiali in Novasandecz ordinato reposuit iuxta tenorem dictarum indulgenciarum. Quapropter quicunque sacerdos secularis vel regularis alias discretus, quem in confessorem sibi elegerit, eundem semel in vita et semel in morte ab omnibus peccatis et censuris ecclesiasticis plene absolvendi et alia faciendi facultatem habeat, que in decreto dictarum indulgenciarum late continentur et sub hac (*forma*): „Dominus noster Ihesus Christus per meritum sue passionis dignetur te absolvere et ego auctoritate sancte matris ecclesie et sacrosancte Basiliensis si(*nodi specialiter*) mihi concessa absolvo te ab omni sentencia excommunicacionis, suspensionis et interdicti a iure vel generaliter ab homine pro (*auctoritate sedi apo*)stolice specialiter reservata et plene te restituo (*sacr*)amentis ecclesie et com(*modis*) fidelium, et eadem auctoritate absolvo te ab (*omnibus quibus*)cunque peccatis, culpis et negligencciis mortalibus et (*occasionalibus*), de quibus corde, (*cogitacione*) et ore confessus et de quibus libenter confitereris, (*si modo ex tua mem*)oria venirent et remitto omnem penam (*iuri*)s (*tibi*) debitam et plena(*m re*)-missionem hac vice tibi imparcior, quam remissionem et penam Romam tempore Iubilei

cruce signatis ad recuperacionem terre (*sancte tempore*) passagii generalis euntibus in (*nomine patris, filii et spiritus sancti*) amen". Datum in Nouasandecz CCCC° XXXVII., XV. mensis februarii, sigillo (*nostro subappenso*).

Oryginał na małym skrawku pergaminu znacznie uszkodzony w zbiorze dokumentów Zakładu narodowego imienia Ossolińskich Nr. 765. Przecięcie u dołu dokumentu świadczy o tem, iż dawniej była do niego zawieszona pieczęć na pasku pergaminowym.

XLII.

W obozie nad rzeką Murą 6. Kwietnia 1441 r.

Władysław Warneńczyk przyjmuje na siebie spłatę 100 grzywien, które Dobiesław Kmita z Wiśnicza winien był Mikołajowi Wroczyńskiemu i zapewnia tę sumę na wsi Wroczyńce, którą oddaje w posiadanie Wroczyńskiemu, aż do wypłacenia owych 100 grzywien.

Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencinm, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo attendentes grata fidelitatis obsequia studiosa generosi Dobeslai Kmithe de Visznicze, quibus Maiestati nostre complacuit multipliciter et signanter in hac via Hungaricali cum familia ornata armataque auctoque fidei sue studio prestancius poterit complacere in futurum, horum intuitu volentesque ipsum Dobeslaum Kmitha graciarum nostrarum prosequi favoribus et ad obsequia continuo reddere prompciorem, sibi centum marcas monete et numeri Polonicalium consweti, videlicet quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, apud nobilem Nicolaum Wroczinsky intercessimus et intercedimus per presentes, ipsumque Nicolaum plene assecurantes de dictis centum marcis sibi in et super villa nostra Wroczinicze [1]) in terra Sanoczensi sita inscribimus, assignamus, damus, donamus et largimur graciose tenore mediante per ipsumque Nicolaum et ipsius legittimos successores tenendam, habendam, regendam, quiete et pacifice possidendam, cum omnibus et singulis eiusdem ville utilitatibus, fructibus, censibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, borris, gaiis, nemoribus, rubetis, mericis, virgultis, fluviis, fluminibus, lacubus, piscinis, stagnis, aquis et earum decursibus, molendinis, emolimentis, venationibus, mellificiis ac aliis obventionibus generaliter universis tamdiu, quousque per nos aut nostros successores

sibi aut suis successoribus legittimis huiusmodi centum marce fuerint integraliter persolute. Quo facto ville predicte possessio ad nos et ad nostros successores revertetur pleno iure, stationibus tamen et iuribus nostris regalibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum in loco campestri circa fluvium Mura feria quinta ante dominicam Ne longe [2]) anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

Relatio magnifici Iohannis de Scekoczin Subdapiferi Sandomiriensis et Capitanei Lublinensis.

Oryginał w bibliotece mogielnickiej, własność Edm. hr. Starzeńskiego. Na pasku pergaminowym zawieszona mniejsza pieczęć królewska, na czerwonym wosku wyciśnięta.

[1]) Wroczynic w ziemi sanockiej nie mogłem odszukać.

[2]) Takiego oznaczenia niedzieli nie ma ani u Grotefenda ani u Weidenbacha. Jest atoli u Pilgrama, że w ten sposób oznaczano niedzielę palmową, oczywiście od początkowych słów ewanielii. Jest to zatem dzień 6. Kwietnia.

XLIII.

W obozie pod miastem Sthsan (?) 23. Sierpnia 1442 r.

Władysław Warneńczyk zapisuje Jerzemu Strumile z Dymoszyna dwieście grzywien na wsi Złoczowie.

Wladislaus Dei gracia Hungarie Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quod nos pensatis fidelibus obsequiis et meritorum integre fidei prestanciam strenui Georgii alias Strumilonis de Dymossini, familiaris nostri dilecti fidelis, quibus Maiestati nostre complacuit et signanter in hoc Regno nostro Hungarie rebellium nostrorum in compressione auctoque fidelitatis sue studio poterit prestancius complacere in futurum, horum intuitu volentes ipsum graciarum nostrarum prosequi favoribus et ad obsequia nostra futura reddere prompciorem, sibi in et super villa nostra Szloczow [1]), in terris Russie et districtu Leopoliensi sita,

ducentas marcas communis pecunie Polonicalis numeri consueti, in quamlibet marcam quadraginta octo grossos computando, inscribimus, assignamus, damus, donamus et largimur graciose presencium tenore, per ipsumque Georgium et ipsius successores legittimos tenendam, habendam, regendam, quiete et pacifice possidendam cum omnibus et singulis eiusdem ville utilitatibus, fructibus, censibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, borris, gaiis, nemoribus, rubetis, mericis, virgultis, fluviis, fluminibus, lacubus, stagnis, piscinis, piscaturis, aquis et earum decursibus, molendinis, emolimentis, venacionibus, aucupacionibus, mellificiis ac aliis obvencionibus generaliter universis, quibuscunque dicantur nominibus, ad ipsam villam ab antiquo spectantibus, tam diu quousque per nos aut nostros successores sibi aut suis successoribus legittimis huiusmodi ducente marce fuerint integraliter persolute; quibus persolutis possessio dicte ville ad nos et ad successores nostros revertetur pleno iure, stacionibus tamen et iuribus uostris regalibus semper salvis, hoc eciam addito, ut ibi residénciam personalem facere teneatur. Harum testimonio literarum, quibus sigillum nostrum est appensum. Datum in loco campestri stacionis prope opidum Sthsan [2]) feria quinta in vigilia sancti Bartholomei apostoli anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

Relacio Nobilis Iohannis de Rzessow.

Poniżej na zagięte:

Lectum per Albertum de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium.

Odpisu dokumentu tego z podobizny dokonanego dostarczył mi dr. Fr. Piekosiński.

[1]) Złoczów dzisiaj miasto powiatowe. Dnia 14. Maja 1443 r. zapisał król Władysław na tym samym Złoczowie 100 grzywien Michałowi z Buczacza. Zob. Muczkowski i Rzyszczewski Kod. dypl. Polski I., 327.

[2]) Coby to była za miejscowość, nie umiem powiedzieć. Nazwa zdaje się przekręcona w kopii, której używamy.

XLIV.

W Czchowie 14. Stycznia 1443 r.

Bartosz z Góry sędzia i Piotr z Czykowa podsędek ziemscy krakowscy poświadczają, że Michał z Przyszowa zastawił u Domarata z Jaszowy za 13 grzywien kmiecia Hanusza z Jaszowy.

Nos Barthossius de Gory iudex et Petrus de Czykow subiudex terre Cracouiensis generales notum facimus, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo coram certis camerariis nostris in iudicialibus in iudicio terrestri nostro Cracouiensi presidentibus constitutus personaliter nobilis Michael de Przyszow, sanus mente pariter et corpore existens, recognovit, quomodo kmethonem suum Hanus in Iaszowa [1]) cum omni iure, prout solus tenuit, nichil in eodem pro se iure reservando obligavit in tredecim marcis monete communis numeri Polonicalis consueti nobili Domarath de Yaszowa heredi tenere a festo nativitatis ad aliud festum nativitatis Christi proximum per annum usque ad plenariam solucionem tredecim marcarum, promittens occasione premissorum iuxta consuetudinem terrestrem Cracouiensem ubilibet intercedere et relevare. Si vero Michael predictus pecuniam habuerit et habere voluerit suam obligacionem, extunc post festum natale Domini quocumque tempore predictam pecuniam dederit, predictus Domarath debet ipsam recipere et obligacionem viceversa condescendere. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Czchow [2]) feria secunda proxima post octavas Epiphanie Domini sub anno nativitatis domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio, presentibus his testibus strenuo Derslao Balon de Wyanczkowice, Nicolao Campyensky, Stephano de Yanowicze, Sandmiro de Luccowicze, Czeczotka de Luccowicze, Zegotha de Stradomya pluribusque aliis fidedignis.

Oryginał pergaminowy w Zakł. nar. im. Ossolińskich Nr. 743, na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z których druga znacznie uszkodzona, Piotra z Cikowa podsędka, pozostała z odciskiem herbu Radwan na zwykłym wosku z napisem w otoku zatartym.

[1]) Jazowa wieś w powiecie ropczyckim.
[2]) Czchów miasteczko w powiecie brzeskim.

XLV.

W Radymnie 12. Sierpnia 1444 r.

Piotr Chrząstowski biskup przemyski potwierdza przywilej Spytka Tarnowskiego z dnia 5. Listopada 1430 r.

In nomine domini amen. Petrus Dei gratia episcopus Premisliensis ad perpetuam rei memoriam. Significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris, quomodo oblata nobis peticio pro parte nobilis Marcissii heredis in Morawsko continebat, quatinus privilegium magnifici domini Spythkonis de Tharnow alias de Iaroslaw salvum, sanum et integrum, non viciatum, non abrasum, non abolitum, non cancelatum nec in aliqua parte sui suspectum, sed omni prorsus vicio et suspicione carens, eius vero sigillo rotunde figure intus de viridi [1]), exra vero de comuni ceris in pensula sericea rubei coloris dependente sigillatum, de et super comutacione et cambio laneorum inter ipsum ab una et discretum Petrum rectorem legittimum ecclesie parrochialis in Lovcze partibus ab altera factis, sibi datum et concessum ac ipsam comutacionem auctoritate ordinaria admittere, approbare, ratificare et confirmare dignaremur, cuius tenor sequitur et est talis:

Tu następuje przywilej Spytka z Tarnowa z dnia 5. Listopada 1430 r., oddrukowany powyżej pod nr. XXXIX. Potem brzmi potwierdzenie biskupa Piotra dalej:

Nos vero attendentes supplicacionem prefati Marcissii fore iustam et racioni consonam, et quia iusta petentibus non est denegandus assensus, de voluntate et consensu venerabilium et honorabilium prelatorum et canonicorum capituli ecclesie Premisliensis protunc nobiscum congregatorum prescriptum privilegium in omnibus punctis, clausulis, condicionibus et articulis universis eiusmodi cambii et comutacionis legitime et absque quovis dolo et fraude factis admittimus, approbamus, ratificamus et confirmamus per presentes, decernentes ipsum exnunc et in perpetuum robur obtinere perpetue firmitatis. Pro cuius maiori evidencia sigilla nostrum et capituli presentibus sunt appensa. Actum et datum in Radympna feria quarta infra octavas beati Laurencii anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, presentibus ibidem venerabilibus, generoso, honorabilibus et nobilibus Benedicto Preposito, magistro Michaele Archidiacono et Officiali,

Petro Custode, Francisco de Orzek Canonico Premisliensibus, Iohanne de Chranstow herede, Nicolao de Iaroslaw altarista, Iacobo de Radslawicze, Nicolao de Dobyan heredibus, testibus circa premissa et aliis quam pluribus fide dignis.

Manu Martini Iohannis de Sochaczew scribe R(*everendi*) P(*etri*).

Oryginał pergaminowy spłowiały w archiwum konsystorskiem w Przemyślu. O obu wraz z sznurkami odpadłych pieczęciach świadczą 4 okrągłe przedziurawienia pergaminu.

Na zewnętrznej stronie czytamy: *Anno domini 1693 die vero 1ma Martii circa visitacionem generalem reproductum privilegium Petri episcopi Praemisliensis.* Podpisano: *Andreas Podolski Archidiaconus, visitator generalis m(anu) p(ropria.).* — Według drugiego napisu przedłożono dokument ten w dniu 12. Listopada 1722 r. za wizytacyi nakazanej przez biskupa Krzysztofa Jana Szembeka.

[1]) Wyraz ten jest napisany na wyskrobanem miejscu, ale tą samą ręką i takimże atramentem.

XLVI.

W Piotrkowie 28. Sierpnia 1447 r.

Kazimierz Jagiellończyk, powołując się na dawny przywilej króla Kazimierza W., uwalnia mieszczan pilźnieńskich od płacenia cła w Wojniczu.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie et Magnus dux Lithwanie, Russie significamus presentibus universis, quomodo consules civitatis nostre Pylssnyo, exhibitis litteris serenissimi olim principis domini Kazimiri Regis super libertate theolonei regni nostri in Woynycz ipsi civitati Pylssnyo et incolis eiusdem concessis [1]), nobis supplicaverunt, ut ipsos circa libertatem huiusmodi theolonei conservare dignaremur et nos supplicationibus eorum acclinati, ipsos et ipsorum quemlibet conservavimus, quocirca vobis theolonatoribus nostris presentibus comittimus et mandamus, quatenus ipsos cives nostros de Pylssnyo et ipsorum quemlibet circa presentem nostram libertatem conservetis, prout per nos sunt conservati nullumque theoloneum in Woynycz regni nostri ab ipsis aut eorum aliquo recipere presumatis sub gracia nostra. Harum quibus sigillum nostrum est appensum

XLVIII.

W Ropczycach 12. Lipca 1448 r.

Kazimiez Jagiellończyk nakazuje, aby mieszczanie pilzneńscy opłacali podatki zdawkową monetą krakowską a nie półgroszkami.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, Magnus Dux Lithwanie et heres Russie etc. significamus tenore presencium universis, quibus expedit, quomodo attendentes constitucionem generalem per totius Regni Polonie consiliarios factam et approbatam, quod minuta pecunia monethe nostre Cracouiensis et non medii grossi tam per nos, quam etiam per omnes prelatos, barones et subditos Regni nostri pro censibus et quibuslibet solucionibus recipi et exigi debet irrecuse, pro tanto civibus nostris Pilznensibus comisimus et presentibus comittimus, quod pro censibus nobis seu tenutariis nostris solvi debitis minutam pecuniam monethe Cracouiensis et non medientes dent et solvant; quocirca tibi magnifico Crzeslao de Curoswanc castellano Lublinensi et tenutario Pilznensi aliisque pro tempore existentibus tenutariis Pilznensibus comittimus et mandamus seriose, quatenus non medientes, sed minutam pecuniam monethe Cracouiensis a dictis civibus Pilznensibus exigere et percipere debeatis irrecuse, gracie nostre sub obtentu secus non facturi. Harum testimonio literarum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Ropcicze feria sexta in vigilia sancte Margarethe anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.

Relatio magnifici Petri de Sczekoczini, Regni Polonii Vicecancellarii.

Dokument oryginalny na pergaminie w Zakł. nar. im. Ossolińskich nr. 753. Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta mniejsza pieczęć królewska.

XLIX.

We Lwowie 13. Listopada 1450 r.

Kapituła metropolitalna lwowska oświadcza, w jaki sposób odbył się wybór Franciszka z Orzka, dziekana lwowskiego i proboszcza św. Floryana w Krakowie, na następcę arcybiskupa lwowskiego Jana Odrowąża.

In nomine Domini amen. Sub anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo, indicione tredecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Nicolai divina providencia pape quinti, anno ipsius quarto, die vero Veneris, tredecima mensis Novembris post summam missam de spiritu sancto decantatam in sacristia ecclesie sancte Marie metropolitane Leopoliensis nos Petrus custos et administrator in spiritualibus, Gregorius de Myslowicze decretorum doctor archidiaconus, Iohannes Burcardi de Byecz, Laurencius de Grodek, Petrus Vankonis de Premislia, Nicolaus Olchowski, Iohannes sculteti de Leopoli, Stanislaus alias Bass Bartholomei de Vnyeow prelati et canonici ecclesie metropolitane Leopoliensis, significamus tenore presencium mediante, quomodo eadem ecclesia Leopoliensi vacante per mortem olim recolende memorie reverendissimi in Christo patris et domini domini Iohannis Odrowansch, archiepiscopi Leopoliensis eiusdem ecclesie ultimi et immediati rectoris et pastoris, vocatis omnibus, qui potuerunt, voluerunt et debuerunt comode interesse, ad sonum campane, misse post de spiritu sancto decantancionem fuimus congregati in ecclesia metropolitana antedicta, considerantes, quod vaccacio metropolitane Leopoliensis ecclesie, si dilacionem caperet, nobis proch dolor dispendium allatura esset graviusque eadem ecclesia tam in spiritualibus quam temporalibus incomoda reportaret, cum tamen, quanto expedicius, tanto salubrius viduatis ecclesiis de devoto patre et pastore vitaque laudabili decorato provideatur, volentes, quantum in nobis extitit, huiuscemodi casui consulere et occurrere consulendo vota nostra in venerabiles dominos Petrum custodem et administratorem, Iohannem Burcardi, Nicolaum Olchowski confratres nostros tamquam in scrutatores per formam scrutinii transtulimus et quilibet nostrum transtulit, dantes et concedentes eisdem plenam, liberam et omnimodam potestatem eligendi patrem et pastorem, quem ipsi dono spiritus sancti duxerint eligendum votis singulorum sigillatim examinatis. Quiquidem Petrus custos, Iohannes Burcardi et Nicolaus Olchowski canonici, deliberacione sufficienti prehabita, obtenta licencia et mandato a nobis venerabilem dominum Franciscum de Orzek, decanum Leopoliensis, prepositum

sancti Floriani ecclesiarum etc., presentem et audientem vitaque et moribus sufficienti sciencia circumfultum, necnon etate legittima et in sacris constitutum, nobilique thoro ex utroque parante (*sic*) stipatum et procreatum laudabiliterque tam in spiritualibus, quam in temporalibus circumseptum unanimi consensu nostro et voce concordi gracia spiritus sancti invocata in archiepiscopum ecclesie metropolitane Leopoliensis prefate ac pastorem canonice elegerunt et ellectum pronunciaverunt. Quem prefatus Iohannes Burcardi canonicus de mandato aliorum dominorum duorum scrutatorum et nostro consensu canonice ellectum pronunciavit videlicet in hec verba: „Cum ecclesia metropolitana Leopoliensis per mortem bone memorie reverendissimi in Christo patris domini Iohannis Odrowansch, ultimi et immediati rectoris et pastoris archiepiscopi, vaccare dinoscatur pro presenti, prelati et canonici ad elleccionem congregati, spiritus sancti gracia invocata, licencia igitur et mandato a predictis prelatis et canonicis ac confratribus nostris captis et obtentis, ipsis presentibus et consencientibus, ego Iohannes Burcardi nomine meo et aliorum scrutatorum videlicet Petri custodis et administratoris ac Nicolai Olchowski canonici omniumque et singulorum prelatorum et canonicorum ecclesie metropolitane Leopoliensis, spiritus sancti gracia invocata, ad honorem Dei omnipotentis et beate Marie Virginis gloriose eiusdem ecclesie patrone, eligo venerabilem dominum Franciscum de Orzek in archiepiscopum, patrem et pastorem eiusdem ecclesie metropolitane Leopoliensis. In nomine patris et filii et spiritus sancti amen.“ Post cuiusquidem ellectionis publicationem et nominationis vocem nos prelati et canonici supradicti prefatum dominum Franciscum ante summum altare abduximus et ad locum et stallum, in quo archiepiscopus eiusdem ecclesie consuetus est installari, installavimus et „Te Deum laudamus“ voce sonorosa decantare mandavimus et campanas pulsare ad honorem omnipotentis Dei et eius genitricis Virginis gloriose. Quibusquidem sic peractis, prefatas nostras ellectionis litteras per ingeniosum Andream Petri de Schamothuli, arcium liberalium baccalarium, Poznaniensis diocesis notarium scribamque nostrum infrascriptum scribi et publicari mandavimus nostroque sigillo capitulari maiori iussimus communiri. Acta sunt hec anno, indicione, pontificatus, die, mense, hora et loco, quibus supra, presentibus honorabilibus viris dominis Andrea de Ostrauia, Nicolao Blassii, Michaele de Schamothuli, Stanislao Plebano de Dawidow, Iohanne de Thuchow Predicatore Polonorum, Presbiteris Leopoliensibus et aliis fidedignis circa premissa testibus [1]).

Et ego Andreas Petri de Schamothuli, clericus Poznaniensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia predictis scrutatorum canonice elleccioni, deputacioni, votorum conscripcioni, installacioni aliisque omnibus et singulis pre-

S. N.

missis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, una cum prenotatis testibus presens interfui eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens electionis instrumentum manu propria scripsi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi, rogatus et requisitus, sigilloqne capituli maiori Leopoliensis de mandato dicti capituli Leopoliensis communivi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Oryginał pergaminowy w Zakładzie nar. im. Ossolińskich nr. 782. Dokument został, zdaje się, tuż pod ostatnim wierszem odcięty, tak że po pieczęci, o której w nim mowa, nie pozostało najmniejszego śladu. Nadto u spodu znajdują się w równych odstępach cztery równoległe przecięcia.

[1]) O ile mi wiadomo wybór ten dotąd wcale nie był znany. Długosz nic o nim nie wie, lecz każe Grzegorzowi ze Sanoka być wybranym bez trudności po śmierci Odrowąża. O tym Franciszku z Orzka czytamy zaś u Długosza pod r. 1435, że go po śmierci Jana biskupa przemyskiego wybrano na stolicę biskupów przemyskich, lecz że król mianował Mikołaja Chrząstowskiego herbu Strzegonia proboszcza św. Floryana i kanonika krakowskiego. Kiedy zaś potem zajęto dobra kościelne, musiał Franciszek z Orzka choć prawnie wybrany ustąpić i przyjąć w zamian probostwo św. Floryana. Tak było w r. 1435. Jakie zaś w r. 1450 zaszły przeszkody, że znów prawnie obrany Franciszek nie został arcybiskupem, nie wiemy. — Na stanowisku dziekana kapituły spotykamy zresztą tegoż Franciszka z Orzka w A. G. Z. od r. 1440 (A. G. Z. II., 105 i 110). Po r. 1450 już go tutaj nie spotykamy, w r. 1458 zaś widzimy na tem dziekaństwie jakiegoś Michała (V., 166). Z innych prałatów, którzy brali udział w wyborze Orzka nie spotkaliśmy dotąd jednego: Piotra Wańkowicza z Przemyśla. Inni zachodzą w A. G. Z. dość często i tak: Grzegorz z Mysłowic archidiakon od r. 1440 (II., 105), Piotr Kustosz od r. 1440 (II., 105. V., 109 i 114), kanonicy Jan Burkardowicz z Biecza od r. 1440 (II., 105. V., 114), w r. 1455 (V., 180) jest on oficyałem a jest nim jeszcze w r. 1467 (VI., 108), — Wawrzyniec z Grodka zachodzi od r. 1440 (II., I05 i 110. V., 114), — Mikołaj Olchowski zachodzi od r. 1441—1455 (V., 109, 114, 160, 180), — Jan Sołtysowicz ze Lwowa od 1442—1467 (V., 114, 180. VI., 108), — Stanisław Basz wreszcie nie pojawia się w aktach przed r. 1450, zachodzi zaś jeszcze w 1467 (II., 66 i 197. V., 180).

L.

W Krakowie 19. Marca 1454 r.

Kazimierz Jagiellończyk dozwala mieszczanom, kupcom i mieszkańcom Pilzna wolny przejazd prostszą drogą z Pilzna do Wrocławia i na odwrot.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie et Magnus dux Lithwanie heresque Russie significamus tenore presencium, quibus expedit, universis et singulis, quomodo cupientes providos cives, mercatores et incolas universos circa iura, munimenta et libertates a predecessoribus nostris felicis recordii eis concessas conservare, ipsis hanc gratiam seu prerogativam nostram dedimus tenoreque presencium damus mediante, ita tamen, quod prefati Pilsznenses et universi incole via rectiori, qua eos de Pilszno versus Wrathislaviam et e converso transire contingerit (*sic*) cum rebus et mercanciis ipsorum cuiuscunque generis aut speciei existant proficisci atque transire, sine aliquo impedimento vel arresto licite poterint solutis ubique theoloneis nostris perprius per ipsos dari consuetis. Quocirca vobis universis et singulis capitaneis, tenutariis, burgrabiis, procuratoribus, theoloneatoribus, advocatis, magistris civium, consulibus et aliis officialibus quibusvis per et infra Regnum nostrum ubilibet constitutis, presentibus requirentes, comittimus et mandamus, seriose et omnino habere volentes, quatenus prefatos cives nostros Pilsznenses ac mercatores et alios incolas cuiuscunque conditionis aut preeminentie existant, per civitates, oppida, passus, loca, pontes et dominia via rectiori, ut prefertur, de Pilszno in Wrathislaviam et e converso cum rebus et mercanciis eorundem universis transire atque proficisci pacifice et quiete permittatis et permitti faciatis irrecuse efficiendo, ne dampnum aliquod in rebus ipsorum partiantur (*sic*) vel gravamen, iuxta consuetudinem eorum ab antiquo tentam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est impressum testimonio litterarum, secus igitur facere nostra pro gracia non ausuri. Datum Cracouie feria tertia post Dominicam Reminiscere anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto.

Ad relationem magnifici Petri de Sczekoczini, Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w Zakładzie nar. im. Ossolińskich nr. 772. Pieczęć na czerwonym wosku wyciśnięta zupełnie już wykruszona.

LI.

We Lwowie 28. Czerwca 1458 r.

Stanisław z Chodcza starosta halicki sprzedaje Opiekadnictwo monasteru Kryłoszańskiego z wsiami Podgrodzie i Błachowiszczenie Romanowi z Ostałowic za 25 grzywien.

Actum in Halicz secunda feria in crastino Visitationis Beate Marie Virginis (3. Lipca) anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, presentibus nobilibus dominis Petro de Siemionkowce protunc iudice castrensi, Nicolao Tarnkowski woiewode (*sic*) Haliciensibus, Ioanne de Herburtow, Paulo de Petrykow et aliis:

Nos Stanislaus de Chodecz Haliciensis etc. capitaneus significamus tenore presentium, quibus expedit, universis et singulis, presentibus et futuris, presentium notitiam habituris, quia tutoriam monasterii Krylosiensis [1]) alias Opiekadnictwo nobis per serenissimum dominum nostrum Regem comissam nobili Romano de Ostalowice [2]) de manibus nostris comittimus et presentibus damus, donamus, conferimus cum omnibus et singulis proventibus, fructibus, dationibus, contributionibus, honorationibus, censibus, agris, campis, pratis, pascuis, sylvis, mericis, rubetis, borreis, mellificiis, aquis, ryvis et eorum decursibus, ac generaliter cum omnibus proventibus, uti est dictum monasterium Krylos in suis metis et granitiebus longe, late et circumferentialiter limitatum, ac etiam cum villis Podgrodzie [3]) et Blahowisczenie [4]), ad prefixum Krylos spectantibus, cum omnibus dictarum villarum proventibus, uti solus tenuimus, nihil pro se aut successores nostros legitimos (*sic sic*) reservando, sed cum pleno iure favorabiliter damus et largimur, habendi, tuendi, regendi, gubernandi, pacifice et quiete possidendi, sine quovis impedimento nostro et officialium nostrorum ac quarumcunque personarum sexus utriusque et cum omni iure et poenis spiritualium, que ab antiquo adiacere et pertinere consueverunt [5]), spectantes [6]) pro tutore dicti monasterii Krylos alias na Metropolita, ac etiam cum marderibus de poponis [7]) districtus Haliciensis ab antiquo super Metropolitum exigendis annis singulis. Quarum villarum cmethones, quosvis homines spectantes ad dictum Krylos ac villas superius dictas absolvimus, et presentibus liberamus ab omnibus solutionibus et laboribus castri Haliciensis, sed dicti homines et cmethones solum nobili Roman superius expresso respondere tenebuntur, et omnes popones sub monasterio Krylos degentes non coram alio, nisi ipso nobili Roman, pro omnibus excessibus in iudicio spirituali respondere tenebuntur. Cui

etiam Roman superius memorato promittimus apud serennissimum dominum nostrum Regem consensum expedire ad extremam consumationem vite sue super tutoriam alias na Opiekadnictwo dicti monasterii Krylos. Si, quod absit, dictum consensum apud dominum Regem sibi Roman non expediremus, et idem eadem nostra non expeditione esset per suam Maiestatem aut Metropolitum depressus, extunc nos tenebimur sibi summam pecuniarum apud ipsum receptam viceversa restituere, videlicet viginti quinque marcas communis pecunie et numeri Polonicalis consueti, quadraginta et octo grossos in quamlibet marcam computando. In cuius rei evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum iu Leopoli feria quarta proxima post festum sancti Iohannis Baptiste anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, presentibus testibus generosis nobilibusque dominis Nicolao Romanowski Subpincerna Leopoliensi, Stanislao Krzywecki, Stanislao de Landowica, Lazore de Romniewo, Martino Kustra de Wolosow, Prot de Ieniatniki et aliis quam pluribus fide dignis ad premissa.

Ex actis terrestribus Haliciensibus. M. Harasiewicz Annales Ecclesiae Ruthenae str. 50 uważa ten dokument, którego treść w swój sposób podaje, za dowód wdzierania się w prawa ruskiego duchowieństwa i ogołacania go z praw mu przynależnych. Tak jednak nie jest, bo Stanisław z Chodcza sprzedaje tutaj nie wsie należące do duchowieństwa ruskiego, lecz tylko tak zwane opiekadnictwo czyli pewien rodzaj patronatu, który mu przysługiwał może na podstawie fundacyi przez niego, lub którego z jego przodków dokonanej. Już sama cena, 25 grzywien, pokazuje, że tutaj nie mogło być mowy o sprzedaży paru wsi, bo te miały wówczas niezawodnie większą wartość, lecz tylko o sprzedaży pewnych dochodów wynikających z prawa patronatu czyli opiekadnictwa, jak je tu nazwano.

[1]) Kryłoś wieś w powiecie stanisławowskim o 6·6 kilometrów od Halicza.
[2]) Ostałowice wieś w powiecie przemyślańskim.
[3]) Podgrodzie wieś o 7·6 kilometrów od Halicza.
[4]) Tej nazwy wsi odszukać dziś nie mogłem.
[5]) *Consueverunt* nie ma w dokumencie.
[6]) *Spectante* w dokumencie.
[7]) Porównaj wyżej dok. nr. XXVI., str. 51: *I kvny s popow.*

hochfrewelte, ader noch dem irsten frewel der bussen nicht achtende seynen frewel vornewete, so mag en dy czeche bussen noch erem derkentnis. Vnd kegen vns Ratmanne app is vor vns brocht wert vnd kegen deme her gefrewelt hot mit wort ader tat, sal her zünen noch seynem vormogen. Vnd wer der czechen vnderweysungen nicht folgen welde, sich czu rechte ruffende, wurde her mit rechte oberwunden, so sal her der czechen bussen noch genoden. Wirt auch ymanth an seyner gebort, ader seyner vorrockunge, ader das her in der vnee sese, ader in andern vnredlichen sachen beschuldiget, der sal mit vnser wissenschaft czechrecht nicht haben, noch erbeten, is sey meister ader geselle, her fertige sich denne der sachen vnd vorwisse sich vmb seyn vngelt czerunge vnd vorseumpniss mit deme, der en beschuldigete, vnschedlich vnserr bussen, is auch der selbe beschuldiget, er gewerke de büsse der czechen eynen balbin stein wachs. Welch meyster der czechen heimlichkeit ausbrechte, der büsse eynen halbin besmer wachs vnd vns auch noch vnserm derkentnis, is were denne eyne sulche heimlichkeit, dy deme gemeynen notcze schedlich were, des sal her vnwettehafftig seyn. Welch meyster bey eren gewerken ader knappen leichczeichen nicht were, czwene smale groschen zey dy busse. Den knappen sal man also wol bestaten, als den meyster vnd app der knappe noch em lisse cleyder ader pfennige, das sal dy czeche iar vnd tag ynne halden mit vnser wissenschaft, vnd is das des gestorben knappen nesten freunde, dy dorczu recht hetten, in des nichten quemen, so sal das gerethe angewant werden czu zelgerete noch vnser vnderweysunge. Keyn meyster sal auch barfus geen in der Stat bey der bussen eynes halben bezmer wachs. Is sey meyster ader geselle der ymanden off dem hentwerke schuldig were is das is durch dy czechmeister irkant wirt vnd wirt czu dem firden mole vormanet beczalunge czu thuen, vnd her das nichten achte, der verbusse eynen halben bezmar wachs; achte her das auch nicht, so mag man em das hantwerk legen bis czu genuglicher beczalunge. Sunder was do ober zeben breythe groschen ist, das habe vnser phoit vnd nicht dy czeche czu richten. Der meyster, der an des heiligen leichnamstag vnd an dem achten tage eyn licht noch seynen vormogen nichten hette, der busse czwene smale groschen. Welch meister sich vorspelete, ader man en ausczoge vor trankes beczalunge, dy busse eyn bezmer wechs vnd keyn man sal mit dem andern nicht spelen off dem hentwerge bey eynem bezmer wachs, vnd sulche sal dy czeche vns offinbarn, dy sullen durch vns sunderlich gebusset werden. Is sey meyster ader geselle, bey dem worfel irfunden werden, dy busse eyn bezmer wechs. Keyn meister sal keyn frey weypp nicht eren bey eynem bezmer wachse dy busse. Welch meister dy leymet czu korcz mese den leuten, der busse eynen bezmer Wachs. Eyn ider meister sal dy ele off gewonlich lon worchen, sunder armen leuten, dy is nicht czu vorlonen hetten, sullen sy vmb dy fumffte

ele worchen. Wen auch eyn lerknecht das hantwerk leren welde, der sal dem meister drey iar dynen vnd yn dy czeche eynen firding geben, vnd wen her ausgelernet vnd dy drey iar ausgedinet, so sal en zein meister mit eyner mark heller cleyden, ader eyne mark heller do vor geben, das her disderfleisigter an seynen dinste zeyn mochte. Is das denne her yn seinen leriaren seynen meister apptrunnik wurde, so sal her seynem meister vor seyne mue czerunge vnd vorseumpnis genuk thuen noch des hentwergis gewonheit, welde her abir das hantwerg weder lernen, so sal her off eyn newes anhebin, vnd kynen lerknecht sal man nicht offnemen an der czechmeister willen vnd wissen. Der meister sal dem knappen yn eynem vollen worche orlopp geben, der anders tete eynen halben bezmer dy busse, is were denne, das her mit seyner erbet nicht besteen kunde, desgleich zal auch der knappe nicht orlopp nemen wen yn eynem vollen worche, vnd sal denne seynen meister den stul reumen. Der anders tete vnd seynen meister lisse zeyn werk steen, der sal wandern. Welch meyster dem andern seyn gesinde enthfremdit, der vorbusse eynen halbin steyn wachs. Auch sal keyn meyster den knappen, so her offsteet von seynen meister, nicht zeczczen, her froge denne vor app her frey ist, eyn halber bezmer wachs ist die busse. Keyn meister noch geselle sal grantwerre machen vnder meister vnd gesellen mit worten ader mit werken, dovon geczok möchte bekomen, den man oberqweme mit geczeuge, eyn bezmer wachs zey dy busse, vnd vorwesse sich sunderlich mit vnser bussen. Welch knappe dem meister zein gesinde entfremdete, den man oberqweme, der sol gebusset werden noch der czechen derkentnis mit vnserm rate. Dy czechmeister sullen nymanden keyn gelt leyen an der czechen wissen, app sy das brechen, so sal eyn ider czechmeister geben eynen halben steyn wachs vnd sullen das inlegen bey firczentagen. Alle kauffstucke dy sullen dy lenge vnd breite haben als do vorne, vnd sullen geczeichnet zein noch des hentwerges gewonheit. Vnd dy frawen arme wetwen, dy itczunth begriffen zeyn, dy sullen erbeten off eynen stul bis an ir ende, vnd ober dy czu getwange der czechen czullen ander nicht offgenomen werdin, sunder dy frawen, dy do mane haben von andern hentwergen, ader gebawers lente, dy sullen das hentwerg nicht hindern vnd zullen erer mannen gewerbis warten. Idach en alleyne ader selbist, mogen sy mit ir hant werken, was en not wurde seyn. Welch meister zeyn czechrecht off sagete vnd wellende von hynne scheiden, seyn burgerrecht offgebe, vnd von vnd seyner erberkeit briffe begerte, der sal dy czechmeister an em haben, dy von aller gewerken wegen bekenen sullen vor vns, wy her sich czweschen en gehaldin hat vnd von en gescheiden ist. Auch sal eyn ider knappe, der do wandern wil, von der ganczen czechen briffe nemen, wy her sich off dem hantwerk gehaldin hot bey sulcher vnderscheit vnd ansslissunge. So wir derkennen mochten dy obgenanten artikeln gar,

ader yrkeyne ausen vns, vnser Stat ader dem gemeynen notcze vmbeqweme, ader schedlich czu zeyn das wir des alle czeit mechtig seyn sullen, dy czu tilgen, abeczunemen vnd, app is not were, czu vorwandeln vnd noch vnser Stat notcze andere czu gebin, des czu hocher kunthschaft habe wir vnser Stat Ingesegel an dezen briff lossen hengen. Gegeben an dem montage noch der Geborth vnser lieben frawen der Iarczal vnsers lieben hern Tausint virhundert vnd newen vnd phumffczig iar.

Z oryginału pergaminowego będącego niegdyś własnością p. Kajetana Jabłońskiego przepisano. Kopia znajduje się w arch. m. Lwowa. U oryginału wisiała pieczęć woskowa radziecka po kilkakrotnie już opisywana.

LIII.

We Lwowie 16. Marca 1462 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że, kiedy Andrzej Odrowąż ze Sprowy wojewoda i starosta ruski zastępował sędziego ziemskiego po śmierci Ścibora z Wiszni, stanęła przed nim i podsędkiem Janem z Wysokiego Oluchna z Hermanowa żona Wojciecha Swatka z Ujazdu i zapisała mu 70 grzywien.

Nos Petrus de Brancze iudex, necnon Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presentium, quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris, presentium noticiam habituris, quomodo veniens personaliter ad presenciam magnifici domini Andree Odrowąnsch de Sprowa palatini et capitanei terre Russie generalis protunc in loco iudicis terrestris Leopoliensis residentis racione iudicis mortui et hoc generosi Stiborii de Visznya et mei subiudicis superius fati et aliorum dominorum infrascriptorum [1]) generosa Oluchna de Hermanow [2]), consors generosi Alberti Swathek de Vyasd [3]) iudicis castrensis Leopoliensis, non compulsa nec coacta nec aliquo errore devio seducta menteque corpore existens sana ac amicorum suorum maturo freta consilio libere recognovit, quia prefatus Albertus Swathek maritus suus dilectus septuaginta marcas pecunie communis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, in bona dotis alias possagu et in medietatem, quam de obligacione exemit ville dicte videlicet Hermanow importavit. Quasquidem septuaginta

marcas pecunie communis monete et numeri pretactorum ante fata Oluchna ipsi domino Swathek in et super tercia parte dotis et tercia parte sue exempcionis, ut superius dictum est, quam habet ibidem in Hermanow, reformavit, incorporavit et inscripsit presentibusque inscribit cum omni iure, dominio et proprietate, utilitatibus, censibus, proventibus, redditibus, fructibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, gays, piscinis et earum demissionibus, stagnis, fluviis, lacubus, tabernis ac obvencionibus generaliter universis, quocunque nomine vocitentur, ad dictam terciam partem dotis et etiam terciam sue exempcionis quomodolibet spectantibus, nichil in eadem tercia parte dotis et etiam tercia sue exempcionis pro suis successoribus ex aliis viris, quam ex ipso Swathek eggressuris, penitus reservando, dictam partem dotis et terciam predicte exempcionis per ipsum Swathek ipsiusque successores legittimos tenendam, habendam, possidendam, utifruendam tamdiu, quousque dicte septuaginta marce per successores ipsius Oluchne ipsi domino Swathek aut successoribus suis plenarie fuerint persolute. Etiam eadem domina Oluchna ibidem recognovit, quia equirea alias stado, que est et fiat in curia ibidem in Hermanow, illa est domini Swathkonis, quia ipsam solus coëmit et acquisivit. Terciam autem partem omnium supellectilium, domus et omnium peccorum et peccudum, conseminacionem autem totam hyemalem et vernalem horreum etiam totum prefata domina Oluchna antefato domino Swathek marito suo dilecto dedit, donavit et contulit perpetue et in evum, presentibusque dat, donat et largitur, per ipsum dominum Swathek predicta omnia fore obtinenda, super que omnia per ipsum dominum Swathek memoriale est positum, per iudicium vero receptum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli feria tercia proxima post dominicam Quadragesime videlicet Reminiscere anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, presentibus ibidem: reverendissimo in Christo patre et domino domino Gregorio, Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi, necnon magnificis, generosis et nobilibus dominis Dobeslao Zyrawsky Castellano Premisliensi et Capitaneo Loviczensi, Nicolao de Golegori Castellano Haliciensi, Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka Vexillifero, Nicolao Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus, Petro de Buczacz, Myklasz Herbort, Iohanne Swyrcz, Iohanne Podolecz, Thoma Lopaczynsky et aliis quampluribus testibus fidedignis ad premissa.

Pergaminowy dokument kilkakrotnie poprzekreślany, dość dobrze zachowany w Zakładzie nar. im. Ossolińskich nr. 786. Pergaminowych pasków, na których pieczęci były zawieszone, jako i pieczęci samych nie dostaje. Na odwrotnej stronie współczesny napis „*hanc inscribe et non aliam*“, drugi, jakoby próba pisma nieco późniejszego, wielkim książkowym charakterem „*Liber Pauli de Colomia, ora frater pro eo Ave Maria.*“

Pomiędzy tym dokumentem a wydrukowanym w tomie VI. A. G. Z. str. 67 zachodzi sprzeczność taka, że jeden z tych dokumentów nie może być prawdziwym. W powyższym dokumencie bowiem poświadcza Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy, że na dniu 16. Marca 1462 r. w obecności wymienionych świadków załatwił Andrzej Odrowąż ze Sprowy wojewoda i starosta ruski w zastępstwie zmarłego Ścibora z Wiszni sędziego ziemskiego razem z Janem z Wysokiego podsędkiem ziemskim lwowskim sprawę powyżej w dokumencie wyłuszczoną. W dokumencie w tomie VI. str. 67 zaś, pochodzącym z dnia 15. Września r. 1461 załatwia już Piotr z Branic jako sędzia razem z Janem z Wysokiego jako podsędkiem sprawę sądową. Jeżeliby więc Piotr z Branic był już 15. Września 1461 r. sędzią lwowskim, nie mógłby 16. Marca 1462 r. występować Andrzej Odrowąż ze Sprowy w zastępstwie zmarłego sędziego i nie mógłby przy dokumencie następnym z 5. Kwietnia 1462 r. występować Piotr Branicki jako świadek bez tytułu i to jako świadek przy dokumencie, w którym znowu Andrzej Odrowąż zastępuje jako sędziego zmarłego Ścibora z Wiszni. Kiedy Ścibor z Wiszni umarł nie umiemy na pewne oznaczyć, ostatni raz w znanych nam dokumentach występuje on 12. Września 1460 r. (A. G. Z. II., 166), odtąd już go nie spotykamy. Mógłby więc Piotr z Branic piastować urząd sędziowski w dniu 15. Września 1461 r., gdyby przeciw temu nie przemawiały dokumenta powyżej oddrukowany i numer następny. Ów dokument zaś z 15. Września 1461 r. (A. G. Z. VI., 67) choć zewnętrznie co do kształtu pergaminu, pisma, pieczęci nie obudza żadnego podejrzenia, to jednak co do treści wywołuje bardzo ważne. Pismo dokumentu tego jest wprawdzie dość okrągłe, ale w każdym razie takie, że mogło powstać w r. 1461 a na dobitkę znajduje się na odwrotnej stronie tego dokumentu napis podający treść jego napisany niewątpliwie współczesną ręką. Na paskach pergaminowych są zawieszone u niego dwie pieczęci woskowe pierwsza znana i niewątpliwa pieczęć Piotra z Branic, z herbem Hołobok i napisem ✕ s ✕ petri ✕ de ✕ brancze ✕ indicis . leopolie, druga tak znacznie otłuczona, że już ani znamion herbowych ani napisu w otoku rozpoznać nie można. Co do treści, to Jan Świnka występujący w dokumencie jako podstoli lwowski nie był nim ani wtedy, ani przed tem, ani po tem. W r. 1461 jest podstolim lwowskim Jan Chodorowski i to niezawodnie już 17. Sierpnia 1461 r. (A. G. Z. VI., 65) a jest nim jeszcze n. p. 13. Grudnia 1464 (zobacz poniżej nr. LV.) Jan Świnka nigdy podstolim nie był, był zaś chorążym lwowskim (jako taki występuje od 3. Marca 1463 w A. G. Z. II., 171). Dalej wymieniony w dokumencie Mikołaj z Gołogór podkomorzy lwowski nie był nim także już dnia 15. Września 1461 r. Podkomorzym lwowskim był wówczas już Jerzy Strumiło (był nim niewątpliwie już 17. Sierpnia 1461 A. G. Z. VI., 65) i był nim długo potem n. p. jeszcze 13. Grudnia 1464 r. (zobacz poniżej nr. LV.) Tak więc dwie główne w dokumencie występujące osoby mają nadane sobie godności, których albo nigdy nie piastowały (Jan Świnka) albo wtedy już nie dzierzyły (Mikołaj z Gołogór). Uderza także jeszcze w tym dokumencie, że podsędek, który razem z sędzią dokument ten wystawia, występuje prócz tego jeszcze w szeregu świadków. Pomiędzy wymienionymi świadkami wszyscy inni nie piastują żadnej godności, usuwają się więc ze ściślejszej kontroli. Tak więc mimo wszelkich zewnętrznych cech autentyczności muszę dokument z dnia 15. Września 1461 r., który oddrukowałem w A. G. Z. VI., 67, uznać za podrobiony. Jest to falsyfikat niewątpliwie albo współczesny albo nie długo po r. 1461 dokonany i to prawdopodobnie albo przez samego sędziego Piotra z Branic,

albo też przez kogo, kto miał pod ręką jego autentyczną pieczęć, autentyczność tej pieczęci bowiem wątpliwości nie podlega. Ponieważ zaś w dokumencie tym zachodzą tak ważne błędy, jak nadanie Świńce godności, której nigdy nie piastował, prawdopodobieństwo przemawia więcej za fałszerstwem, które wyszło nie od samego Piotra z Branic, lecz może od jakiego jego pisarza.

[1]) Nie może być wątpliwości, że tak data tego dokumentu, jak i świadkowie, co zresztą wynika i z tych słów: *dominorum infrascriptorum*, odnoszą się do czasu podanej w tym dokumencie czynności a nie do zrobionego przez Piotra z Branic i Jana z Wysokiego wyciągu. Porównaj n. p. A. G. Z. II., nr. 60, 70 i 72.

[2]) Hermanów wieś w powiecie lwowskim.

[3]) Będzie to pewnie wieś Ujazd w powiecie rohatyńskim.

LIV.

We Lwowie 5. Kwietnia 1462 r.

Andrzej Odrowąż ze Sprowy wojewoda i starosta Rusi jako zastępca zmarłego sędziego lwowskiego Ścibora z Wiszni i Jan z Wysokiego podsędek ziemski lwowski poświadczają, że Iwaszko Czahrowski i Fietko Raszkowicz opiekunowie dzieci po ś. p. Janie Daniłowiczu przeprowadzili podział majątkowy pomiędzy temi dziećmi a Mikołajem Sieniawskim, jako mężem Doroty, siostry tegoż Jana Daniłowicza a córki Daniła Zaderewieckiego.

Nos Andreas Odrowonsch de Sprowa palatinus et capitaneus terre Russie generalis, pro [1]) tunc locum iudicis terrestris Leopoliensis tenens et Iohannes de Wyssokye su(*biudex*) terrestris Leopoliensis, significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo venientes personaliter ad presenciam nostram et dominorum inferius descriptorum [2]) nobiles Iwaszko Czahrowsky et Fyethko Raszkowycz patrui et tutores puerorum olim nobilis Iohannis [3]) Danylowycz videlicet Nicolai, Petri, D(*imetrii*), Iohannis, non compulsi non coacti neque aliquo errore devio seducti, mente corporeque existentes sani ac amicorum, consanguineorum predictorum puerorum maturo freti consilio videlicet g(*enerosorum*) et nobilium dominorum Iohannis et Iursze de Chodorowstaw, Pauli et Pstan Iurkowskych [4]), Michaelis Wyercząszky, Iuchnonis Nagwaszdan de Stankow, Fyethkonis Czolhanski [5]), Iohannis Nyenczynski coram

nobis libere recognoverunt, quia generosus dominus Nicolaus Syenyewski ex invencione et consensu ipsorum et prefatorum propinquorum [6]) pr(*edictorum*) puerorum consanguineorum tricentas sexagenas post generosam Dorotheam filiam olim generosi Danylonis Zaderewyeczski, sororem vero eciam nobilis Iohannis D(*anilo*)wycz, consortem autem suam legittimam, racione dotis alias za possag tollere, recipere et realiter levare debet, centum [7]) autem sexagenas eximendo generosam Margaretham, matrem p(*redictorum*) puerorum de dotalicio [8]) quinquaginta vero marcas nobili Iohanni Nyenczynsky eciam racione dotis post nobilem Katherinam amitam prefatorum pueororum (*sic*) de consensu v(*oluntate*) et mandato antefatorum tutorum et amicorum dedit et exolvit. Quarum [9]) sumarum summae tocius quingente marce et quinquaginte (*sic*) marce pecunie communis monete et numeri Po(*lonicalis con*)sueti, marcam in quamlibet octo grossos et XL^{ta} computando; in quibus quingentis quinquaginta marcis tricentarum sexagenarum racione dotis et centum sexagenarum cum quinquaginta racione certi ac veri debiti per prefatum Nicolaum dictum est (*sic*) persoluti antefati tutores et amici consanguinei puerorum dictorum ex invencione et diffinicione nostris tanquam iudicum in (*iudicio*) in hys causis residencium et hoc propter absenciam iudicis terrestris Leopoliensis mortui videlicet generosi Stiborii de Wysznya bona et villas videlicet Zdzurow, Podmichalowe, Kolokolin [10]) in districtu Leopoliensi territorioque Zudaczowyensi iacentes prefato Nicolao Syenawski ipsiusque successoribus legittimis cum omni iure, dominio et proprietate, nichil iuris (*pro se*) aut pueris predictis in eisdem villis penitus reservando, immo obligatorio tenere dederunt, commiserunt et contulerunt presentibusque dant, committunt et conferunt [11]) et ipsum in possessionem villarum predictarum p(*er ministerialem*) Zudaczowyensem videlicet Iassek incorporaverunt et intromiserunt, quasquidem villas prefatus Nicolaus suaque posteritas legittima habebit, tenebit et possidebit cum omni iure, dominio, utilitatibus, censibus, proventibus, redditibus, fructibus, agris, campis, pratis, agriculturis cultis et incultis, silvis, mericis, nemoribus, borris, rubetis, quercetis, fluviis, stangnis, paludibus, piscinis et earum demissionibus, rippis, curiis, molendinis et eorum emolumentis, kmetonibus, laboribus, conseminacionibus, tabernis, penis ac obvencionibus generaliter universis, quocunque (*nomine*) et vocabulo vocitentur, necnon cum omnibus appendiis et coherenciis ad dictas villas quomodolibet spectantibus, prout in suis metis et graniciebus longe, late et circumferencialiter sunt limitate et d(*istincte*), tenebit dictas villas a festo Nativitatis Domini proxime affuturo ad aliud et sic ab anno ad annum quousque quingente et quinquaginte (*sic*) marce per ipsos Iwaszkonem Czahrow(*sky, Fye*)thkonem Raszkowycz aut antefatos pueros vel eorum successores ipsi Nicolao plenarie fuerint persolute. In quaquidem possessione dictarum villarum sepefati tutores, videlicet Iwaszko et Fyethko, Nicolaum ab omni persona sexus utriusque protegere et

tueri sunt obligati presencium sub vigore; si autem non protegerent vel etiam prefati pueri ad annos pubertatis devenientes (*em*)pcionem tenere nollent vel ipsam quovismodo infringere vellent et ob hoc ipse Nicolaus dampnum aliquod pateretur, illud super simplicem assercionem ipsius prefatorum tutorum fieri debet (*iu*)ramento corporali ipsius Nicolai excluso et dum pro hys prefati tutores per ipsum Nicolaum sic in ius terrestre aut castri Leopoliensis [1]) citarent, extunc in primo termino et totam causam propriam (*perdere*) debent succumbendo per tres marcas iudicio et parti, non evadendo ipsum ullo iure nec litteris regalibus, bello, expedicione, legacione, prescripcione, colloquio generali, novis seu veteribus constitu(*cionibus vel*) laudis terre, vera aut simplici infirmitate, reposicione et reclamacione terminorum causa belli aut excepcione ad districtus alios pro maiori nec aliqua re excogitata eis in facto s(*ubsidiaria, sed*) quibuscumque rebus et coloribus exquisitis evadere vellent, hys omnibus in primo termino parerere et totum ipsorum causam propriam perdere debent et iam in eodem primo termino prefatus Nicol(*aus pre*)fatos videlicet Iwaszkonem et Fyethkonem in toto suo lucro, penis et dampno condempnare potens erit tanquam in termino peremptorio, super que omnia per dominum Nicolaum me(*moriale*) est positum, per nos vero receptum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria secunda post dominicam Quadragesime Iudica (*me*) proxima anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Georgio Strumilo Succamerario, Nicolao Romanowski (*Subpincerna*) Leopoliensibus, Iohanne Cola de Daleyow Succamerario Haliciensi, Mikitha de Dublany, Petro Branyeczski, Iohanne Krąpszky, Iohanne .....

Oryginału nie mamy, pozostał tylko projekt dokumentu tego na pergaminie, który zapewne zaraz otrzymał poniżej wykazane poprawki. Czy tedy dokument tej treści wystawionym został, nie wiemy, jest jednak prawdopodobieństwo, iż go inaczej napisany wydano, bo ta sama ręka, która projekt ten pisała, poprawiała a nareszcie tym samym atramentem przekreśliła, napisała na odwrotnej stronie: *Nullius valoris tantum propter incisuras*, i rzeczywiście nie w jednem miejscu jest pergamin tak przetartym, że nie mógł służyć za podstawę pismu urzędowemu. Rozumie się, iż pieczęci nigdy nie było. Projekt ten służył widocznie do oprawy jakiejś książki w małem folio, jak tego dowodem resztki kleju i obcięcie z obu stron. Projekt ten jest własnością Zakładu nar. im. Ossolińskich nr. 788.

[1]) Nad ustępem od *pro* aż do *subiudex* napisano tą samą ręką: *iudex protunc cause huius existens propter absenciam iudicis terrestris Leopoliensis mortui videlicet generosi* (Stiborii de) *Viszna.*

[2]) Na boku: (nobiscum) *protunc in iudicio terrestri sedencium.*

[3]) Na górze nad następnem słowem napisane.

[4]) Porównaj poniżej dokument nr. LXXVIII.

[5]) Obok na pół przecięte wyrazy . . . . *agis* . . . . *Zdzu(row)* . . . . *huha* . . . . *uas* . . . . *(ma)rcas* . . . . *tis* . . . . *prefato* . . . . *(Da)nilowicz* . . . . *habuit.*

[6]) Słowo to przekreślone, nad niem tąż ręką napisano: *amicorum.*

[7]) Nad ustępem od *centum* aż do *predictorum* napisano: *et recognoverunt, quod idem Nicolaus eximit generosam Margaretam, uxorem prefati.*

[8]) Dwa te wyrazy przekreślone.

[9]) Nad słowami *Quarum . . . . pecunie* napisano: *et hec premissa debita solvit de consensu, voluntate et mandato antefatorum tutorum et amicorum puerorum predictorum.*

[10]) Żurów, Podmiłowce i Kołokolin wsie w powiecie rohatyńskim.

[11]) Od *presentibusque* do *conferunt* przekreślone.

[12]) Nad ustępem od *Leopoliensis* do *propria* napisano: *a cuiuscunque districtu . . . . ab omnibus districtibus propriis.*

LV.

We Lwowie 13. Grudnia 1464 r.

Szlachta ziemi lwowskiej i powiatu żydaczowskiego zawiera konfederacyą z miastem Lwowem celem obrony wspólnych interesów.

Nos Georgius Strumilo de Dimoszyn succamerarius Leopoliensis, Iohannes Swynka de Pomorzany [1]) vexillifer, Iohannes de Iaczimyrz [2]) dapifer, Iohannes Chodorowsky de Brzozdowcze [3]) subdapifer, Petrus de Brancze [4]) iudex terre Leopoliensis, Iohannes et Dobeslaus de Olyesko [5]), Andreas de Szenno [6]), Iohannes de Kulykow [7]), Iurscha de Chodorowstaw, Stanko de Dawydow [8]), Iohannes de ibidem, Paulus et Stano de Czarthorie [9]), Petrus Czebrowsky de Stoky [10]), Dmitr Lahodowsky de Pohorelcze [11]), Iohannes de Czemyerzincze [12]), Iohannes de Niesluchow, Raphael de Streptow, Michael Kay de Drewlyani, Martinus de Mylathin [13]), Stanislaus de Lyesky [14]), Nicolaus Semp de Zelyechow [15]), Martinus Calyenyk de Podhaycze [16]), Iohannes de Mylathin, Nicolaus Wiprothek de Pyeczichwosty [17]), Michno et Paschko de Borschow [18]), Iurgy de Malczicze [19]), Iohannes et Petrus de Zymnawoda, Iohannes de Malyeczkowycze [20]), Wlodek de Cuczani [21]), Iohannes et Stanislaus de Banunyn [22]), Blazek de Sroky [23]), Michael de Myrisczow [24]), Syenko Halka de Elgyschow [25]), Syenko de Nahorecz [26]), Olyechno de Drohoschow [27]), Marko et Lyenko de ibidem, Petrus Wolczko de Clodzyencze [28]), Steczko et Onysko et Steczko Ilko de

Czerkas [29]), Dmitr de Huniatycz [30]), Michael de Strzelczicze [31]), Fyedko de Czolhancze [32]), Fyedko et Steczko de Mlynyscze, Dmitr et Iaczko de Dedoschycze [33]), Iaczko de Rosznytow, Andreyko de Swariczow [34]), Iwaschko de Dulyebi [35]), Iwan de Koschawa [36]), Alexa de Wyethwycze [37]), Luczka de ibidem, Danko et Myka de Balycz [38]), Prothassy de Sulyeyathicze [39]), Nicolaus de Czernow [40]), Iączko de Nowosyelcze [41]) et Syenko de Balicz significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis presentibus et futuris, presentium noticiam habituris, quomodo, ne in agendis et causis per nos tractandis terre civitatisque Leopoliensis ac districtus Zudaczouiensis rem publicam concernentibus et tangentibus, Regie Maiestati et inclite sacreque Corone Regni Polonie aliquatenus reddamur suspecti, primo et principalius promittimus serenissimo principi et domino domino Kazimiro Dei gracia Regi Polonie, magno duci Lythwanie, Russie Prussieque domino et heredi etc., domino nostro gratiosissimo, ac inclite et sacre Corone Regni Polonie sinceram fidelitatem debiteque obediencie puritatem, attendentes insuper et libramine vere rationis pensantes, quomodo ex inadvertencia et discordia nostra terra Leopoliensis districtusque Zudaczouiensis nostre inhabitacionis, similiter et civitas Leopoliensis, ad quam in extrema necessitate tota terra Russie tamquam ad civitatem capitalem suam habet respectum et refugium, per plurimos annos usque in hactenus diversis iniuriis, impressionibus, gravaminibus, calumpniis et dampnis hinc inde affliguntur, ita quod pre gravaminum afflictione amplius non valeant respirare, volentesque huiuscemodi casum instaurare, ut in adversis maioribus ad resistendum consiliis et auxiliis abundemus, cum consulibus et civibus totaque communitate civitatis predicte Leopoliensis fraterna unione nos univimus, et eos in confratres nostros nobis coniuratos, prout et litera eorum ab altera parte nobis data evidencius canit [42]) gratanter suscepimus hoc modo: Quod promittimus et spondemus civitati Leopoliensi omnia iura et privilegia eiusdem civitatis cum omnibus articulis in eis contentis ac consuetudines singulas ab antiquo tentas tenere et observare firmiter et illese, et quod consulibus et civibus totique comunitati dicte civitatis Leopoliensis, pro augmento et profectu reipublice sive communis boni civitatis eorum consiliis, auxiliis, defensionibus ac omnimodo semper et irrecuse assistere volumus. Si vero per aliquam sive aliquas personam vel personas cuiuscumque status, dignitatis vel preeminencie existat vel existant in iuribus suis dicta civitas Leopoliensis sive eius consules, cives et incole vexati, impediti, molestati, debilitati seu quovismodo perturbati vel eciam quascunque alias passi iniurias fuerint, ita quod pro suis iuribus, iniuriis et oppressionibus sive defectibus coram Regia Maiestate, vel alibi actionem habere pretenderent, et nos pro asistencia et defensione iurium et causarum suarum requisierint, extunc pro eisdem iuribus, oppressionibus seu defectibus dictorum consulum, civium et incolarum Leopoliensium aliquos de confratribus

nostris terrigenis coniuratis Leopoliensibus cum dictis consulibus sive civibus ad Regiam Maiestatem vel alibi, ubi causa locum audiendi habuerit, mittemus in propriis expensis et impensis, ita quod dicti domini terrigene confratres nostri, qui in tali causa civili per nos fuerint transmissi, dicte civitatis Leopoliensis iurium amfractus, iniurias, gravamina calumpniarum, oppressiones et singulos defectus coram Regia Maiestate vel ubi locus fuerit una cum dictis consulibus sive civibus Leopoliensibus exponant, producant et defendant, tanquam tocius et ipsiusmet terre Leopoliensis et districtus Zudaczouiensis causam propriam. In casu etiam, quo civitati Leopoliensi aliqua gravamina manus violenta, insidie sive insecuritates a quibuscunque personis aut insultus hostiles imminerent quoquo modo et consules sive cives Leopolienses pro succursu et auxilio ad unum terrigenam Leopoliensem sive Zudaczouiensem intimaverint, extunc ille terrigena ad alios et illi alii ad ceteros terrigenas predictos fratres nostros coniuratos destinare debebunt, sub iuramentis et humanitate eorum ea notificando in instanti et nos quam cito ea perceperimus, promittimus in propriis expensis et impensis diei noctique non parcendo in civitatem Leopoliensem omnes convenire, quilibet pro posse suo eiusdem civitatis Leopoliensis consulibus et civibus in auxilium, consilium et defensionem, collis et bonis nostris eis omnimodo asistentes. Pollicemur etiam et spondemus nullas conventiones seu colloquia absque consulibus Leopoliensibus celebrare, sed quod ipsi consules Leopolienses singulis conventionibus et colloquiis nostris, ad que eos invitare sive vocare debebimus, ipsis diem et locum notificando, in consiliis nostris semper interesse, et una nobiscum sive inter nos locum habere debent, tanquam fratres nostri coniurati, pro republica terre et civitatis Leopoliensis et districtus Zudaczouiensis fideliter consulentes. Insuper si acciderit alicui civi sive incole civitatis Leopoliensis infra terram Leopoliensem aut districtum Zudaczouiensem in viis, villis aut quibusvis aliis locis damna, lesiones, violencie, rapine, iniuste depactaciones, depredaciones, furticinia sive quecunque iniurie fuerint illata et per eum alicui de predictis confratribus nostris coniuratis aut in villis eorum notificatum et expositum fuerit, extunc idem terrigena aut officialis suus requisitus absque mora alios vicinos terrrigenas per nuncios avisare et obdestinare debet solus, illis non expectatis, diligenciam facere debebit celeriter secundum requisicionem dicti civis et incole Leopoliensis eiusmodi iniuriam passi, qui omnes obdestinati statim auxiliis defensione facta et latronum insecucione et quovismodo necessario et opportuno eidem civi sive incole Leopoliensi assistere tenebuntur. Premissa itaque omnia et singula, prout superius pertinenter sunt descripta, sub iuramentis nostris corporalibus in sacramento per nos singulos dictis consulibus, civibus et incolis Leopoliensibus iam de facto prestitis ac sub humanitate, fide et honore nostris promittimus una cum successoribus nostris, quos pro republica in ulteriores annos con-

servanda volumus esse obligatos, prefatis consulibus, civibus et incolis Leopoliensibus eorumque successoribus, fideliter et absque omni corruptela humanitatis nostre tenere et observare perpetuo et in evum. Cuius rei in evidencius testimonium et robur maioris firmitatis sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Datum in Conventione Leopoliensi feria quinta ipso die sancte Lucie virginis anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Oryginał pergaminowy wcale dobrze zachowany w archiwum miasta Lwowa. Na odwrotnej stronie współczesny napis: *Littera confederationis nobilium cum civitate sub eorum sigillis 1464.* Na sznurkach z jedwabiu kręconego koloru czerwonego zawieszone dziś jeszcze 44 pieczęci (z pierwotnie zawieszonych 47), częścią na zwyczajnym, częścią na ciemnozielonym wosku wyciśnięte, a mianowicie:

Nr. 1: Znak herbowy podobny do Kuszaby czyli Paprzycy, napis w otoku: S. IANKONIS . DE . CHODOROW.

Nr. 2: Saława taka sama jak nr. 64 na tablicy w broszurze: Znaki pieczętne Rusi (Paryż 1862), jest to pieczęć sygnetowa bez napisu w otoku.

Nr. 3: Sas z napisem: S HERMANI DE SWARYCOW.

Nr. 4: Szeliga z napisem: S . IOHANNIS . DE . . YOWLI . .

Nr. 5: Brakuje.

Nr. 6: Sas z napisem ruskim: + ꙗ҆ꙁ҆ꙋ҆ꙗ҆ꙁ҆ꙋ҆ѧ҆ѣ҆ . . ꙗ҆ꙋ҆ꙗ҆ѣ҆ѣ҆ѧ.

Nr. 7: Bończa sygnet bez napisu.

Nr. 8: Korczak z napisem: S . MICHNO . . . DE . BORSOFSKY.

Nr. 9: Korsak z napisem: + S ✱ STANISLAY ✱ KOYS + D . WYUTHO.

Nr. 10: Dębno z napisem: SIGILLUM IOHAN̄IS DE OLEZNO (*sic* n zamiast k)

Nr. 11: Leliwa z napisem: S . STANISLAI . DE . HWR.

Nr. 12: Hołobok z napisem: × S × PETRI × DE × BRANCZE × IUDICIS × LEOPOLIE.

Nr. 13: Korczak z napisem: S . MICHAELIS DE . BORSSEV.

Nr. 14: Znak herbowy taki jak nr. 1 z napisem ruskim bardzo uszkodzonym: ꙗ҆ꙁ҆ꙋ҆ѧ҆ѣ҆ꙗ҆ѧ.....

Nr. 15: Hołobok z napisem: S . PETRUS CZEKOWSKY, tak a nie CZEBROWSKY, jak stoi w dokumencie.

Nr. 16: Brakuje.

Nr. 17: Waryant Kościeszy wyglądający najpodobniej do nr. 104 na tablicy w broszurze: Znaki pieczętne Rusi, z tą jednak różnicą, że nasz znak jest odwrócony (strzałą na dół) i że ma tylko jednę poprzeczną belkę, tak jak prawdziwa Kościesza. Napis w otoku ruski tak zniszczony, że go już odczytać nie można

Nr. 18: Dębno z napisem: SIGILLUM IOHAN̄IS DE OLEZNO.

Nr. 19: Grzymała z napisem: S ✱ PAULS ✱ DE ✱ IURKOUICZ.

Nr. 20: Brakuje.

Nr. 21: Saława z napisem ruskim: ПЄЧѦТЬПѦНѦЄ.
Nr. 22: Sas z napisem: S IOHANNIS DE HOSCHOW.
Nr. 23: Sas z napisem: S ILKO STECKO DMN⁹ DE SIRKAZ.
Nr. 24: Korczak z napisem: S . MICHN . . . . DE . BORSOFSKY.
Nr. 25: Korczak z napisem: S . IOHANNIS . DE BANNYNSKI.
Nr. 26: Taki znak jak na nr. 1 z ruskim napisem: ПЄЧТѦН . . . . .
Nr. 27: Grzymała z napisem: S ✶ PAULS ✶ DE ✶ IURKOUICZ.
Nr. 28: Waryant Sasa polegający na tem, że pod półksiężycem znajduje się coś na kształt litery gotyckiej N i że strzała jest ostrzem do góry zwrócona, napis w otoku: S . . . . CONIS . DE . DZEDOSICZE.
Nr. 29: Znak taki jak nr. 83 na tablicy w broszurze: Znaki piecz. Rusi z tą tylko różnicą, że na samym szczycie znajdują się dwie rozszczepione laseczki, tak jak na szczycie nr. 30 na tej tablicy tejże broszury, napis w otoku ormiański, którego odczytać nie umiem.
Nr. 30: Sas z napisem S ILKO STECKO DMN⁹ DE SIRKAZ.
Nr. 31: Waryant Saławy polegający na tem, że trzy krzyże umieszczone są na zewnątrz a nie na wewnątrz koła, napis w otoku ruski . . . . ЧѦ . . . ПѦNѦIIѦN . . .
Nr. 32: Dębno z napisem: SIGILLUM IOHAN̄IS DE OLEZNO.
Nr. 33: Waryant Dąbrowy różniący się tem od zwykłej, że na ocelach stoją prostopadle dwa długie miecze tak wysokie, jak cała podkowa z krzyżem, napis w otoku + S . GEO . . . . STRVMILO DE DYMOSIN.
Nr. 34: Sas z napisem: S HERMANI DE SWARYCOW.
Nr. 35: Taki sam jak nr. 29.
Nr. 36: Jastrzębiec z napisem S . NICOLAI DE SARKOWCZE.
Nr. 37: Saława, sygnet bez napisu.
Nr. 38: Sas z napisem ruskim: + ЯGЄПЄЧѦТЬПѦЮРЬЄВѦ.
Nr. 39: Sas z napisem: S ILKO STECKO DMN⁹ DE SIRKAZ.
Nr. 40: Taki znak jak nr. 1 z napisem ruskim: ПЄЧТѦН . . . . . .
Nr. 41: Taki znak jak nr. 40, ale odwrócony z napisem: S . PETRI DE BRSTCZ.
Nr. 42, 43, 44: Sas z napisem: S . IOHANNIS DE HOSCHOW.
Nr. 45 i 46: Jastrzębiec z napisem S . NICOLAI DE SARKOWCZE.
Nr. 47: Sas z napisem: S . HERMANI DE SWARYCOW.

Z uczuciem głębokiej wdzięczności oświadczam tutaj, że odczytanie napisów na tych pieczęciach i oznaczenie znaków herbowych zawdzięczam rzadkiej zaiste uprzejmości i uczynności najznakomitszego niezawodnie sfragisty polskiego dra Fr. Piekosińskiego. Z powyższego opisu widzimy, że pierwotnie wisiało u dokumentu tego pieczęci 47, pozostało jeszcze 44, brak zaś piątej, szesnastej i dwudziestej. Kilka pieczęci wyciśniętych jest jednym i tym samym tłokiem, mianowicie nr. 3, 34 i 47, — potem nr. 2 i 37, — potem nr. 6 i 38, — potem nr. 8 i 24, — dalej nr. 10, 18 i 32, — dalej nr. 14, 26 i 40, — dalej nr. 19 i 27, — dalej nr. 22, 42, 43 i 44, — dalej nr. 23, 30 i 39, — dalej nr. 29 i 35 a wreszcie nr. 36, 45 i 46. Znak pieczętny pojawiający się w nrach. 1, 14, 26, 40 i 41 z drobnemi odmianami, podobny do Kuszaby, uważa

dr. Piekosiński za rodzaj strzemienia lub też tego żelaza, które się używa u wozów, aby za pomocą jego założyć naszyjnik konia na dyszel. Z 65 szlachty, którzy do konfedracyi tej przystąpili, tylko zatem 47 zawiesiło swe pieczęci a z nazw na tych pieczęciach umieszczonych zaledwie kilka zgadza się z temi, które zachodzą w samym dokumencie. Różnice te dadzą się może tym sposobem wytłómaczyć, albo że synowie nie mając własnych pieczęci używali pieczęci po ojcu pozostałej, albo że szlachcic, przeniósłszy się na inne dobra, z tych się pisał a na pieczęci wyryta była nazwa dóbr dawniejszych (za tem przemawia i ta okoliczność, że, jak pokazują podane poniżej w notach objaśnienia, wszyscy uczestnicy konfederacyi piszą się od dóbr w ziemi lwowskiej i żydaczowskiej, to jest od tych, na których w r. 1464 siedzieli) albo wreszcie, że szlachcic nie mający własnej pieczęci użył pieczęci szlachcica innego, lecz tymże herbem się pieczętującego. Dojść więc do tego, do którego z wymienionych w dokumencie uczestników należy każda poszczególna, u dołu zawieszona pieczęć, byłoby rzeczą nadzwyczaj trudną a może już nawet niepodobną. W każdym razie jednak zawierają te napisy bogaty materyał heraldyczny, który kiedyś posłuży może jakiemu umiejętnemu heraldykowi.

Wiadomo, że konfederacya albo jak mówią sami uczestnicy konjuracya, nazywają bowiem siebie samych *coniurati*, zwrócona była przeciw możnowładczej rodzinie Odrowążów i to przedewszystkiem Odrowążów piszących się ze Sprowy, nie znajdujemy więc pomiędzy uczestnikami ani jednego szlachcica pieczętującego się Odrowążem. Ze szlachty piastującej wówczas urzędy w lwowskiej ziemi nie znajdujemy w dokumencie wymienionego ówczesnego podsędka Jana z Wysokiego, dlatego, że pieczętował się herbem Odrowąż, dalej podczaszego Mikołaja z Romanowa, który według Niesieckiego miał używać herbu Bożawola, sędziego grodzkiego Wojciecha Swathek, podstarościego Jana ze Sokolnik, o których nie wiem, jakim się herbem pieczętowali, i niektórych mniejszych z nazwisk mi nieznanych. Województwo, kasztelaństwo i starostwo zaś znajdowały się w ręku Odrowążów ze Sprowy, a mianowicie województwo i starostwo ruskie czyli, jak się wówczas jeszcze często zwie, lwowskie, jako i tenuta żydaczowska w ręku Andrzeja, kasztelania lwowska zaś w ręku Pawła Odrowążów ze Sprowy.

Dokument powyższy, jako i następny, dotyczący tej samej sprawy, jest to bowiem zobowiązanie wystawione ze strony miasta Lwowa, należą niezawodnie do najważniejszych, jakie w tym zbiorze znalazły miejsce. Jest to może jedyna w swoim rodzaju w dziejach polskich konfederacya i ścisły związek całej okolicznej szlachty z miastem, postawionem w związku tym zupełnie na równi ze szlachtą do tego stopnia, że szlachta obowiązuje się nie odbywać żadnego zgromadzenia bez udziału reprezentantów miejskich. O ostatecznem załatwieniu tej sprawy pisze Długosz pod r. 1465, o zawiązanej konfederacyi atoli nie wspomina.

Drukiem ogłoszony nie był ani powyższy dokument, ani następny, znano je dotąd tylko z niedokładnego podania treści w Zubrzyckiego kronice miasta Lwowa str. 116 i 117, gdzie Zubrzycki podaje także w niejednem miejscu błędny spis szlachty, która w związku tym udział brała. Pieczęci skonfederowanej szlachty nigdzie dotąd nie były opisane z wyjątkiem jedynego inwentarza archiwum miejskiego we Lwowie, zawierającego opisy tak niesłychanie błędne, że prawie ani słowa trafnego w nich nie ma.

[1]) Pomorzany miasteczko w powiecie złoczowskim.

[2]) Jaćmierz miasteczko w powiecie sanockim.

[3]) Brzozdowce miasteczko w powiecie bóbreckim; ten Chodorowski pisał się także *de Chodorowstaw*, jest to teraźniejszy Chodorów miasteczko w powiecie bóbreckim.

[4]) *Branic* nie ma dzisiaj we wschodniej Galicyi, ale że były niegdyś wynika z dokumentu oddrukowanego powyżej nr. X.

[5]) Olesko miasteczko w powiecie złoczowskim.

[6]) Siennów wieś w powiecie łańcuckim.

[7]) Kulików miasteczko w powiecie żółkiewskim.

[8]) Dawidów wieś w powiecie lwowskim.

[9]) Czartorya wieś w powiecie bóbreckim.

[10]) Stoki wieś w powiecie bóbreckim.

[11]) Pohorylce wieś w powiecie przemyślańskim, gdzie także leży Łahodów.

[12]) Ciemierzyńce w tymże samym powiecie.

[13]) Niesłuchów, Streptów, Derewlany i Milatyn wsie w powiecie Kamionackim (Kamionka strumiłowa).

[14]) Pewnie Laszki, lecz trudno orzec które? jest bowiem tej nazwy wsi kilka w powiatach lwowskim, rudeckim, przemyślańskim, bóbreckim i innych.

[15]) Żelechów mały i wielki wsie w powiecie kamionackim.

[16]) Podhajce miasto powiatowe.

[17]) Pieczychwosty wieś w powiecie żółkiewskim.

[18]) Borszów wieś w powiecie przemyślańskim.

[19]) Malczyce wielkie i małe w powiecie gródeckim.

[20]) Zimnawoda, Maliczkowice w powiecie lwowskim.

[21]) Kuczyny przysiołek do Radrusza w powiecie rawskim.

[22]) Banunin wieś w powiecie kamionackim.

[23]) Sroki wieś w powiecie lwowskim.

[24]) Miryszczowa nie ma, jest atoli Mirów w powiecie kamionackim.

[25]) Wsi takiej odszukać nie umiem.

[26]) Nahorce małe w powiecie kamionackim, Nahorce wielkie w żółkiewskim.

[27]) Doroszów mały i wielki w powiecie żółkiewskim.

[28]) Kłodzienko w tymże powiecie.

[29]) Czerkasy w powiecie rudeckim.

[30]) Honiatycze w tymże powiecie.

[31]) Może Strzelczyska w powiecie mościskim.

[32]) Może Czołhynie w powiecie jaworowskim.

[33]) Młyniszcze i Dzieduszyce w powiecie złoczowskim.

[34]) Rożniatów miasteczko i Swaryczów wieś w powiecie dolińskim.

[35]) Tej nazwy Duliby znamy trzy wsie we wschodniej Galicyi w stryjskim, w czortkowskim i bóbreckim powiecie, tutaj pewno Duliby w stryjskim, bo szlachta poprzednia i następna jest także z ziemi żydaczowskiej.

[36]) Hoszów w powiecie dolińskim.

[37]) Witwica w tymże powiecie.

[38]) Balicze w powiecie żydaczowskim.

[39]) Sulatycze w tymże powiecie.

[40]) Czerniów w powiecie rohatyńskim.

[41]) Nowosielce wieś w powiecie bóbreckim.

[42]) Porównaj dokument następny nr. LVI.

LVI.

We Lwowie 13. Grudnia 1464 r.

Miasto Lwów zawiera konfederacyą ze szlachtą ziemi lwowskiej i powiatu żydaczowskiego celem obrony wspólnych interesów.

Nos consules civitatis Leopoliensis residentes et antiqui unacum advocato et scabinis, magistris mechanicorum alias Sczechmystrzy ac cum tota communitate civitatis predicte Leopoliensis significamus tenore presentium, quibus expedit, generaliter universis, presentibus et futuris, presentium notitiam habituris: quomodo, ne in agendis et causis per nos tractandis terre et civitatis Leopoliensis districtusque Zudaczouiensis rempublicam concernentibus et tangentibus Regie Maiestati et inclite sacreque Corone Regni Polonie aliquatenus reddamur suspecti primo et principalius promittimus serenissimo principi et domino domino Kazimiro Dei gratia Regi Polonie, magno duci Lithwanie, Russie Prussieque domino et heredi etc., domino nostro gratiosissimo, ac inclite et sacre Corone Regni Polonie sinceram fidelitatem debiteque obediencie puritatem. Attendentes insuper et libramine vere rationis pensantes, quomodo ex inadvertencia et discordia nostra erga terram Leopoliensem et districtum Zudaczouiensem habita, ipsa terra et civitas Leopoliensis districtusque Zudaczouiensis per plurimos annos exactos usque in hactenus diversis iniuriis, impremissionibus, gravaminibus, calumpniis, defectibus et dampnis hinc inde acriter affliguntur, ita, quod pre gravaminum afflictione amplius non valeant respirare, volentesque huiusmodi casum instaurare, ut in adversis maioribus ad resistendum consiliis et auxiliis abundemus, cum dominis dignitariis et terrigenis terre Leopoliensis et districtus Zudaczouiensis, fraterna

unione nos univimus et eos in confratres nostros coniuratos, prout et litera eorum ab altera parte nobis desuper data evidencius canit et ostendit [1]), gratanter suscepimus hoc modo, quod promittimus et spondemus terre Leopoliensi districtuique Zudaczouiensi omnia iura et privilegia cum articulis in eis contentis et consuetudines singulas antiquas et rationabiles tenere et observare firmiter et illese, et quod predictis dominis dignitariis et terrigenis pro augmento et profectu reipublice sive comunis boni terre Leopoliensis districtusque Zudaczouiensis auxiliis et consiliis competentibus semper et irrecuse assistere volumus. Si vero per aliquam sive aliquas personam vel personas cuiuscunque status, dignitatis vel preeminencie existat vel existant in iuribus suis prefata terra Leopoliensis et districtus Zudaczouiensis vexati, impediti, molestati, debilitati seu quovismodo perturbati vel etiam quascunque alias passi iniurias fuerint, ita quod pro suis iuribus, iniuriis, oppressionibus sive defectibus coram Regia Maiestate vel alibi actionem pretenderent habere, et nos pro assistencia defensioneque iurium et causarum eorum requisierint, extunc pro eisdem iuribus, iniuriis, oppressionibus, defectibus sive quibusvis perturbacionibus dictorum dominorum dignitariorum et terrigenarum terre Leopoliensis et districtus Zudaczouiensis aliquos de confratribus nostris consularibus sive civibus Leopoliensibus cum dictis dominis dignitariis aut terrigenis ad Regiam Maiestatem aut alibi, ubi causa audiendi locum habebit, mittemus in propriis expensis et impensis eisdem nunciis nostris impendendis, qui consules vel cives per nos missi prefate terre Leopoliensis et districtus Zudaczouiensis iurium amfractus, iniurias, gravamina calumpniarum, oppressiones et singulos defectus coram Regia Maiestate vel ubi locus fuerit una cum dictis dominis dignitariis sive terrigenis terre Leopoliensis aut districtus Zudaczouiensis exponant, producant et defendant, tanquam ipsiusmet civitatis Leopoliensis causam propriam. In casu etiam, quo terre Leopoliensi sive districtui Zudaczouiensi aliqua gravamina, manus violenta, insidie sive insecuritates a quibuscunque personis aut insultus hostiles imminerent, extunc predictos dominos dignitarios et terrigenas Leopolienses et Zudaczouienses ad civitatem nostram confugientes suscipere volumus, eis consiliis et auxiliis defensionibusque in civitate Leopoliensi possetenus assistentes. Pollicemur etiam et spondemus, quod pro communi bono predictarum terrarum videlicet terre Leopoliensis et districtus Zudaczouiensis similiter et civitas Leopoliensis singulis convencionibus et colloquiis per prefatos dominos dignitarios et terrigenas terre Leopoliensis et districtus Zudaczouiensis celebrandis, dum ad id avisati fuerimus per prefatos dominos dignitarios et terrigenas, consiliis nostris per certos confratres nostros consulares interesse volumus, qui confratres nostri pro republica predictarum terrarum similiter et civitatis Leopoliensis unacum predictis dominis dignitariis et terrigenis unanimiter consulere debebunt. Insuper, si alicui predictorum dominorum terrigenarum

sive kmethonum aut villanorum eorum in civitate Leopoliensi aliqua irrogaretur iniuria quovismodo, extunc iuribus nostris tales in civitate Leopoliensi volumus defensare. Premissa itaque omnia et singula, prout sunt superius descripta, sub iuramentis nostris corporalibus in sacramento per nos singulos prefatis dominis dignitariis et terrigenis iam de facto prestitis ac sub humanitate, fide et honore nostris promittimus unacum successoribus nostris eisdem dominis dignitariis et terrigenis terre Leopoliensis et districtus Zudaczouiensis ac eorum successoribus fideliter et absque omni corruptela humanitatis nostre tenere et observare perpetue et in evum. Cuius rei in evidentius testimonium et in robur maioris firmitatis consularis, scabinalis sive iudiciarii et artificiorum fraternitatum nostrorum officiorum sigilla presentibus sunt subappensa. Datum in Conventione Leopoliensi feria quinta ipso die sancte Lucie anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Acta offic. consul. leopol. T. I., pag. 90 ex anno 1464.

[1]) Zobacz dokument nr. LV.

LVII.

Dnia 20. Grudnia 1466 r.

Jan Odrowąż ze Sprowy podstoli sandomirski i starosta samborski przyrzeka pożyczone 144 złotych węgierskich Hernasta kupca lwowskiego zwrócić mu do 10. Lutego 1467 r. jako i 7 złot. węg. za konczerz.

Nos Iohannes Odrowansch de Sprowa subdapifer Sandomiriensis et capitaneus Schamboriensis significamus tenore presentium, quibus expedit universis, recognoscentes et fatemur nos teneri et obligari certi et veri iustique debiti videlicet centum quadraginta quatuor florenos Hungaricales veri et iusti ponderis famoso et circumspecto domino Hernasth civi et mercatori Leopoliensi, quos quidem centum quadraginta quatuor florenos Hungaricales prefato domino Hernasth aut suis successoribus legitimis pro die et festo Carnisprivii proxime venturo promittimus sub fide et honore solvere et in effectum extradere pollicemur. Casu tamen, quo dictos florenos non solveremus, extunc quodcunque dampnum propter huiusmodi nonsolutionem nostram prefatus dominus Hernasth habuerit aut perceperit, illud dampnum non erit ipsius domini Hernasth sed nostrum Iohannis

Odrowansch nec eundem insuper promittimus ulla re evadere nociva seu sinistra, que dampnum suum representaret, sed pecuniis comparatis ipsi domino Hernasth pro die predicto solutionem facere obligamur et promittimus; etiam fatemur, quod facta ratione huiusmodi iterum mandavimus eidem domino Hernasth nobili domino Zubbrzsky septem florenos aut stamen panni valoris septem florenorum pro gladio alias Conczerz dare et exsolvere, quos et quidem septem florenos Hungaricales ipsi domino Hernasth ad diem et terminum suprascriptum dare, exsolvere et pagare in effectu promittimus et obligamur per presentes. In cuius rei testimonium signetum nostrum presentibus iussimus appendum. Actum et datum sabbato in vigilia beati Thome apostoli anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto testimonio littere per presentes.

Oryginał pergaminowy, dziś bez pieczęci w Zakładzie nar. imien. Ossolińskich nr. 747.

LVIII.

W Nowem Mieście Korczynie 2. Czerwca 1467 r.

Kazimierz Jagiellończyk obiecuje Iwanowi Bireckiemu władyctwo przemyskie.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo habentes specialem respectum ad virtutes et merita, quibus nobilis Iwan Byrethsky fidelis noster dilectus aput nos meruit comendari sibi, ut et tamquam illi, qui est de rittu Grecorum, ut obtineat wladicatum Premisliensem per liberam resignacionem aut per mortem moderni wladice Premisliensis vaccantem, consensum nostrum regium prebemus, damus et concedimus per presentes [1]). Harum quibus sigillum nostrum est appensum presentibus testimonio litterarum. Datum in Nova Civitate Corczin feria tercia infra octavas Corporis Christi anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Relacio venerabilis Alberti de Zichlin
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy dobrze zachowany i bardzo czytelnie pisany znajduje się w bibliotece ruskiej kapituły w Przemyślu pod sygn. N. V. a. Po odpadłej pieczęci zawieszonej zapewne na pasku pozostał ślad w przecięciu pergaminu.

[1]) Konstrukcya zdania tego wielce pobałamucona, co nie jest rzeczą zwykłą w dokumentach z kancelaryi królewskiej.

LIX.

W Pilźnie 1. Lipca 1467 r.

Piotr z Weszmuntowa sędzia i Mikołaj z Winiar podsędek ziemscy sandomierscy poświadczają, że Mikołaj zwany Babiuch z Zgłobic sprzedał Abrahamowi z Chotowa za 5 ½ grzywny rolę w Zgłobicach.

Nos Petrus de Veschmunthow iudex et Nicolaus de Vinari subiudex terre Sandomiriensis generales significamus presencium per tenorem, quibus expedit, universis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo coram iudicio terrestri personaliter constitutus Nicolaus dictus Babyvch heres de Sglobicze [1]) non compulsus nec coactus, sed sua bona ac spontanea de voluntate publice recognovit: quia vendidit et imperpetuum resignavit agrum unius stadii ibidem in Sglobicze iacentem inter ortum thaberne et agrum domine Iaszyowa usque ad Dvnayecz fluvium cum omni iure et dominio, prout latus et longus predictus ager in se continetur, pro quinque marcis et media marca pecunie comunis monete et numeri Polonicalis consueti et iam sibi coram iure dedit intromissionem nobili domino Abrahe de Chothowa [2]) et debet ipsum tueri et intercede(*re*) a qualibet persona iuxta iuris formam, secundum quod ad quam personam pertinet prescripcio. Harum quibus in testimonium literarum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Pilszno feria quarta in vigilia Visitacionis Virginis Marie anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, presentibus his nobilibus Nicolao de Lyathoschin, Dobeslao de Chischow, Nicolao de Mala, Nicolao de Fristat, Nawogio de Roza, Iacobo de Coczina ac aliis quampluribus fide dignis testibus.

Oryginał pergaminowy w Zakł. nar. im. Ossolińskich nr. 526. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, które odpadły, pozostał tylko jeden pasek wycięty, jak się zdaje, z innego dokumentu, bo można na nim jeszcze kilka słów odczytać.

[1]) Zgłobice wieś w powiecie tarnowskim.
[2]) Chotowa wieś w powiecie pilźnieńskim.

LX.

W Przemyślu 15. Lutego 1469 r.

Kazimierz Jagiellończyk uwalnia duchowieństwo ruskie władyctwa przemyskiego z pod juryzdykcyi świeckiej.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis et singulis, quomodo existentibus nobis in hoc loco honorabilis vir Iwonka wladica Premisliensis unacum ceteris rittus Grecorum seu Ruthenorum tam spiritualem quam secularem statum profitentibus personis constituti coram nobis aliisque consiliariis protunc ad latus nostrum presentibus in gravibus deposuerunt querelis, qualiter in iurisdicione et officiis eiusdem wladice a nonnullis dignitariis, officialibus, terrigenis aliisque subditis nostris, cuiuscunque status et conditionis sint, religionis et rittus Catholici derogamen, diminuacionem, detractionem et iniuriam suffert, sepius sentit et tollerat, et quod prefati nostri subditi eius popones, diaconos, subdiaconos et archimendritas aliosque in officiis sive maioribus sive minoribus spiritualis status rittus Grecorum existentes ad secularia eorum iudicia evocare, citare et ad parendum respondendumque cogere pro causis spiritualibus sentenciareque, condempnare, punire divoritiaque inter eos seu quoscunque Ruthenos coniugatos sive spirituali sive seculari statui pertineant exercere atque ecclesias Ruthenicas in bonis eorum existentes aliis poponibus ab illis exclusis et expulsis alios in locum eorum munerum pretiique et pecuniarum gracia surrogare, ponere et instituere contra scitum et voluntatem wladice consueverunt iusticiamque super eisdem iniuriis a nobis se accepturum impetrabat, cum itaque nostris sit humeris, conditioni et solio adiunctum illud onus et debitum, ut omnes et singulos maxime tamen regimini, dicioni, obediencie et tutele nostre pertinentes subditos nostros iusticiam a nobis efflagitantes in iure et equitate consuetudinibusque primewis et solitis teneamus, servemus et gratia nostra complectamur; considerantesque

ritum Grecorum personasque hunc fatentes nedum per ceteros Catholicos principes, sed et per sanctam universalem matrem ecclesiam Catholicam summamque apostolicam sedem spe future unionis semper tolleratum, factum (*sic*) et conservatum; merito et nos qui illius exempla, vestigia et dogm(*ata*) [1]) sectamur (*sic*), dignum duximus prefatos wladicam aliosque rittus Grecorum seu Ruthenorum incitatores nostre tutele atque iusticie subiacentes et parentes, in legis atque iuris consuetudinumque [2]) vetustarum libertate, quibus dudum gaudebant, temporibus regiminis (*nostri*)[3]) nunc et in futurum conservare et remanere (*sic*). Unde quia prefati wladice aliorumque poponum et spiritualium personarum quarumcunque sive in maioribus sive in minoribus officiis s(*uis*) [4]) constitute (*sic*) rittus Grecorum condicio et officium spiritualem statum recognoscunt [5]); volumus et tenore presentium decernimus, statuimus et laudamus, quatenus a modo et decreto nullus dignitariorum, officialium, terrigenarum et subditorum nostrorum cuiuscunque status preeminencieque sit in religione Catholica, inclusorum nostreque dicioni dominiis et obediencie subiectorum, prefatos popones, diaconos et subdiaconos, archimendritas et quoscunque in officiis maioribus aut minoribus constitutos nec aliquem ex eis pro causis et rebus spirituale forum concernentibus rittus Grecorum seu Ruthenorum in iudicium seculare cittare, iudicare, sentenciare, condempnare, punire vel ad parendum respondendumque cogere debeat neque divorcia, matrimonii inter quoscunque coniugatos Rutenos exercere, sed neque ab ecclesia Rutenica preter voluntatem, scitum et consensum wladice aliquem poponem alienare, excludere aut alium subarrare et gratia munerum aut alicuius precii aut pecuniarum in locum suum ponere et instituere debeat, poterit, audeat, presumat aut peramplius ius aut facultatem habeant, debeant, poterint, audeant et presumant ulla racione. Sed omnia eorundem poponum aliarumque personarum spiritualium rittus Grecorum iudicia causeque spirituali iudicio pertinentes et specialiter, que superius sunt expresse, prefati wladice et suorum successorum iurisdicioni, examini, sentencie, condempnacioni, punicioni et disposicioni pertinebunt et spectabunt pro beneplacito nostro val(*i*)turum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum Premislie feria quarta Cinerum anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono [6]).

Relacio venerabilis Alberti de Zychlin
Regni Polonie Vicecancellarii.

Text wzięty z potwierdzenia Zygmunta I. d. d. *Premislie feria quinta post festum sancti Bartolomei Apostoli* (30. Sierpnia) *anno domini millesimo quingentesimo nono*, którego oryginał znajduje się w bibliotece gr. katolickiej kapituły w Przemyślu pod sygn. A. VI. Potwierdzenie to pisane jest na pergaminie atramentem wyblakłym, na zgięciach częstokroć całkowicie startym.

Na pasku wisi zupełnie pokruszona mniejsza pieczęć koronna na czerwonym wosku wyciśnięta, zaszyta w dwa okrągłe płatki starego białego sukna, które ją a raczej pozostałe po niej woskowe okruchy od rozpadnięcia chronią. Oryginału Kazimierzowskiego potwierdzenie nie opisuje wcale. Odnośne słowa brzmią: *constitutus coram nobis honorabilis Antonius Onyky wladica premisliensis supplicavit humiliter, quatenus literas tenoris infrascripti confirmare dignaremur, quarum sequitur tenor: Kazimirus etc.*

Na zewnętrznej stronie pergaminu stoi wielki tytułowy, jak się zdaje jeszcze z kancelaryi królewskiej wyszły napis „Wolnosc Duch“(owieństwa) a obok niego wiele późniejszych mniej lub więcej dokładną treść przywileju podających napisów. Nie brak takich, które całkiem fałszywie ją pojmują, jak n. p. ów ręką z końca XVII. wieku zrobiony i orzekający, że przywilej ten jest dla unitów nadany: „*Rutheni uniti ab omnibus oneribus exempti, a iurisdiccione seculari liberi, pacificati Catholicis, coram suis episcopis comparebunt*“. Prostuje go inny napis z XVIII. wieku słowy „*favore non unitorum*“.

Ciekawszą jednak jest polska nota również z XVIII. wieku, brzmi ona tak: „Z „Ioanniki“ zrobiono biskupa „Iwan, Niki“; po nim nastąpił Antoni i temu dano przeszłego źle rozumianego nazwisko „Oniki“. Z tego non eruitur przywileju, że powinno Schyzmatykom służyć, co się w nim zamyka albowiem dotąd jeszcze schyzmy prawdziwej nie było w Rusi: ale aż po synodzie Brestenskim, po roku 1595. Ale to na jaw się wydaje, że Polacy nie znając więcej nad swój łaciński obrządek, wszystko to co po łacinie nie było, o herezyę potępiali i prześladowali. Zaczym tym gwałtownościom im wpojonym król przywilejem zakłada tamę“.

Co do powyższej filologicznej konjektury tłómaczącej nazwisko „Onyki“ złem odczytaniem imienia „Ioannikij“, wypada chyba nadmienić, że jest ona równie bałamutną jak i inne prawnicze i polityczne poglądy jej autora. Exystencya biskupa Antoniego Onyki, jest przecież najlepiej samymże przywilejem Zygmunta udowodnioną a szematyzm dyecezalny zwąc go także Onykim kładzie jego rządy na rok 1506—1520.

[1]) Ostatnie litery zupełnie starte.

[2]) Druga połowa tego wyrazu aż do niemożności odczytania zatarta.

[3]) Tu pergamin przetarty na wielkość słowa o trzech lub czterech literach.

[4]) Również ze trzy litery wytarte.

[5]) Konstrukcya tego zdania Unde quia . . . . . statum recognoscunt została zapewne wskutek jakiejś pomyłki przepisywacza zupełnie zwichniętą. Sens jednak jest mimo to dość jasny.

[6]) M. Harasiewicz annales ecclesiae Ruthenae str. 51 powiada, że Kazimierz Jagiellończyk dokumentem tym zatwierdził przywilej Witołda, widzimy, że o takim przywileju nawet mowy tu nie ma. I z tego twierdzenia występuje na jaw tendencya objawiająca się w całem tem niesłychanie zagmatwanem dziele, którego autor chciałby ogołocić ze wszelkiej zasługi około kościoła ruskiego szlachtę i królów polskich. Chciałby więc i tutaj przedstawić ten rzeczywiście ogromnej doniosłości przywilej nadany przez króla Kazimierza *proprio motu* kościołowi ruskiemu jako zatwierdzenie przywileju nadanego przez Witołda, o którym niewiedzieć jakiem prawem miałby nadawać przywileje kościołowi przemyskiemu.

LXI.

We Lwowie 14. Czerwca 1469 r.

Rajcy miasta Lwowa zatwierdzają statut dla czeladników cechu płócienników we Lwowie.

Wir Ratmanne der Stat Lemborg Bekennen Offenbarlichen mit Laute Dises briffes Allen, Den is natdorft ist, Das vor vnsern gesessen Rath komen ist dy Erber Czeche der Leyneweber mit sampt den gesellen eris hantwergis vnd haben beschrebin brocht dy stucken vnd gewonheit, dy man pflegit czweschen den gesellen halden vnd gebrawchen off erem hantwerge czu der landishut [1]) vnd anders wo; als dy obgenante Erber czeche der leyneweber vnd ere gesellen vns vorczelit haben begerende vnd bittende, das wir en dy selben beschrebene stucke, artikel vnd gewonheit bestetigen sulden czu gebrawchin mit vnserem briffe. Welche stucke, artikel vnd gewonheit, dy yn schriften durch sy vns geentwert ist, folgit in desen worten. Czu dem irsten, welch geselle nicht drey Iar hot gelart off dem Hantwerke, den selben gesellen sal man nicht eren, noch fordern yn ir czechen, ader von dem hantwerge. Item welch geselle anderswo eyn elichweipp hat, den sal man nicht lenger halden, wen fyr wochen. Item wo czwene lyrknechte haben gelart mittenander yn eyner wergstat, dy sal man nicht eren, noch fordern. Item welch geselle bey sulchen lerknechten wurde erbten, des her oberczeugit wurde mit czween gesellen, der sal verbussen eynen bezmer wachs, vnd app her sich do weder setczen welde vnd yn eynem frewel wegk czihen wolde, so zullen em dy gesellen briffe nochzenden mit der meyster hulffe vnd rate, das her nicht sal gefordert werden, her vorrichte denne seyne sache, vnd das keyn geselle sal bey em erbeten bey eyner sulchen bussen. Item welch geselle eynem meister schuldig bleybit vnd wegk czewth an des meisters willen, der sal auch nicht gefordert werden also lange, bis das her beczalit seynem meister. Item welch geselle eyne örten trincket vnd weg gehet vnbeczalet vnd hot nicht mit dem schenken abegereth, wirt her vor den Meistern beclaget dorumme, der sal vorbussen drey smale groschen. Item wenne eyn geselle den andern smehet ader vnereth yn eynem leithawze, der verbusset eynen smalen groschen. Item welch geselle den trangk nymt aws der örten vnd eret eyn frey weipp do mete, der vorbusset eynen smalen groschen. Item welch geselle trinket ober dy mosse, das her den trank mus weder gebin yn dem leithawze, Ader yn des meisters hauze, der vorbusset fyr smale groschen. Item welch geselle

yn dy czeche geeth vnd gewere by em hot, is zey gros ader cleyn, von itczlichem eynen smalen groschen. Item welch geselle treith eyn krenczel von garne, der vorbusset eynen smalen groschen. Item welch geselle barfus geeth aws eyner werkstat yn dy andere, der vorbusset eynen smalen groschen. Item welch geselle off dy gasse geeth, dy weile man yn der czechen ist, der vorbusset eynen smalen groschen. Item app eyn geselle cranck wurde vnd nicht czerunge hette, dem sal man aws der czechen legen zechs breite groschen. Item app eyn Meister czu eynem gezellen wirt, der sal den gesellen geben fyr breite groschen. Item wen eyn lerknacht awsgelart hot seyne ler Iar, so zal her den gesellen geben fyr breite groschen. Item wen das czeichen vmmegcet vnd eyner ynheymesch ist vnd dem czeichen nichtenfolget, der vorbusset eynen smalen groschen. Item welch geselle mit dem andern spelet welcherley spel das zey vmb gelt, der vorbusset eynen halben bezmer wachs. Item welch geselle sich weder dy Eldesten gesellen zeczet czu vnrechte, als ofte her das tut, also ofte vorbusset her eynen smalen groschen. Item welch geselle nicht czu der beygrast kompt, wen her ynheimesch ist, zo vorbusset her eynen smalen groschen. Item welch geselle czu dem leichczeichen nichten kömet, wen her ynheymesch ist, der vorbusset eynen smalen groschen. Item welch geselle kompt gewanderth, der vor alhy nicht hot geerbet, der sal geben eynen smalen groschen. Item vorbas Alle Ingenge czu fyr heller. Item wen eyn geselle eyn Iar awssen ist vnd kompt weder, der sal geben eynen smalen groschen. Item der geselle, der eyn elich weipp hot anderswo, wenne her fyr wochen geerbet vnd wekczewth, oder wandert, der sal eyn firtel Iar awssen zeyn. Item welch geselle vnder den Eldisten vnrichtig lebete, der sal noch also fil gebin, als eyn ander geselle gebe. Item off alle qwattemper Zal man leichczeichen legin ader habin. Merkende vnd irkennende wir obgenante Ratmanne der Stat Lemborg der egenanten leyneweber Erber Czechen vnd gesellen mogliche vnd beqweme bete, haben en dy obinbeschrebin gewonheit vnd ordnunge der gesellen eris hantwergis befestet, beweret vnd bestetiget en czugebrawchen, vnd bestetigen mit dezem Briffe, auch vnschedlich vnser Stat gerichte, Also das wir mechtig wellen zeyn, dy obgenanten stucke apczunemen, czu wandeln, czu höen vnd czu mindern Noch der Stat natcze vnd der czeit gelegenheit. Und app ir keyn stucke czweschen den gesellen begenen wurde, das obin nicht beschreben were, das sullen sy halden vnd handeln, als is off eren hantwerke yn andern czechen gehalden wirt. Auch haben sich Meister vnd gesellen vorwillet, das alle dy obgenannten bussen dy czeche habin sal vnd sal dy czu der ere vnd dinste gotes, der czechen vnd den gesellen czu ere vnd czu notcze anwenden, Ausgenommen, das ir keyn geselle den gesellen flichtig ist czu gebin, als app eyn meister der eyn geselle wert, vir breite groschen gebit, vnd eyn lerknecht, der awsgelerit, der auch fyr breite groschen gebit, das sal nicht

der czechen zunder den gesellen geboren, vnd auch anders das man den gesellen flegit czu geben. Des czu hocher bestendigkeit haben wir vnsers Ratamptis zegel An dezen briff lossen hengen. Gegeben an der metwoche vor Sinte Viti tag Der Iarczal vnsers lieben hern Tawsent vierhundert vnd newn vnd zechczig Iar.

Z pergaminowego oryginału z zawieszoną woskową pieczęcią radziecką znajdującego się niegdyś w posiadaniu p. Kajetana Jabłońskiego przepisano dla arch. m. Lwowa.

[1]) To jest miasto Łańcut.

LXII.

Na sejmie walnym piotrkowskim 8. Listopada 1469 r.

Kazimierz Jagiellończyk wyznacza komisarzy celem rozgraniczenia wsi Dunkowicze należącej do króla i wsi Las należącej do Spytka z Jarosławia, podkomorzego przemyskiego.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. generosis ac nobilibus Paulo de Sprowa Leopoliensi, Dobeslao de Zyrawicza Premisliensi castellanis, Raphaeli de Iaroslaw capitaneo Leopoliensi, Iohanni Lysszakowsky, fidelibus nostris dilectis, graciam nostram regiam cum favore. Generosi et nobiles, fideles nostri dilecti. Volentes, ut controversie, dissensiones et differencie, que occasione granicierum et limitum inter bona nostra regalia videlicet villam Dunkowicze [1]) tenute reverendi patris domini Nicolai episcopi Premisliensis ab una, necnon villam Lasz [2]) generosi Spithkonis de Iaroslaw succamerarii Premisliensis ab altera partibus oriri possint et suscitari, dirimantur et sopiantur et fine debito decidantur, vobis, de quorum iurispericia et legalitate plenius confidimus, committimus ac mandamus, habere omnino volentes, quatenus captatis die et termino competentibus, vocatis ad vestri presenciam utrisque partibus, ad loca granicierum inter prefata bona nostra Dunkowicze necnon Lasz Spithkonis memorati personaliter descendentes, limites seu granicies ibidem limitetis et distingwatis signis metalibus et scopulis easdem consignando, nulli parcium faventes, sed Deum et iusticiam pre oculis habentes id, quod iusticie equitas perswaserit, utrisque partibus in ipsa distinctione granicierum faciatis et administretis, in quo vestras consciencias

oneramus. Ubi vero Fidelitates vestre predictas partes componere non poterint, extunc vestris Fidelitatibus committimus et mandamus, ut actor cause cum terrigenis et nobilibus testibus fidedignis de terra Premisliensi granicies seu limites predictas approbet corporali iuramento mediante, ita videlicet, ut ubi easdem idem actor probaverit, illic easdem limitare et distingwere debeatis, si vero ipse actor premissa approbare et exequi, sic ut prefertur, renuerit, extunc pars adversa eas approbare et exequi per vestras Fidelitates admittatur, etiam cum totidem nobilibus testibus iuramento corporali mediante. Et ideo aliter pro gracia nostra non facturi. Datum in convencione generali Piotrkowiensi feria quarta proxima ante festum sancti Martini anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Relatio magnifici Iacobi de Dambno cancellarii regni Polonie et capitanei Cracouiensis.

Według zatwierdzenia komisarskiego wyroku; które to zatwierdzenie wydał król Kazimierz Jagiellończyk w Piotrkowie 21. Listopada 1470 r. Znajduje się ono oddrukowane i opisane poniżej pod nr. LXIV.

[1]) Duńkowice wieś w powiecie jarosławskim pod Radymnem.
[2]) Dzisiaj Łazy w powiecie jarosławskim pod Radymnem w sąsiedztwie Duńkowic.

LXIII.

Pomiędzy Duńkowicami a Lasem 17. Października 1470 r.

Paweł ze Sprowy lwowski, Dobiesław z Żyrawicy przemyski kasztelanowie, Rafał z Jarosławia starosta lwowski i Jan z Łysakowa rozgraniczają jako komisarze królewscy wieś królewską Duńkowice i wieś Las należącą do Spytka z Jarosławia.

Nos Paulus de Sprowa Leopoliensis, Dobeslaus de Zyrawicza Premisliensis castellani, Raphael de Iaroslaw Leopoliensis capitaneus et Iohannes de Lysszakow commissarii per serenissimum principem et dominum Kazimirum Dei gracia Regem Polonie, magnum ducem Lithwanie, Russie Prussieque dominum et heredem etc. pro sopiendis et complanandis

controversiis, dissensionibus et differenciis occasione granicierum et limitum inter bona sue Serenitatis villam Dunkowicze tenute reverendi patris domini Nicolai episcopi Premisliensis ab una, necnon villam Lasz generosi domini Spithconis de Iaroslaw succamerarii Premisliensis partibus ab altera ortis specialiter deputati significamus tenore presencium tam presentibus, quam futuris, presencium noticiam habituris, quibus expedit universis, quomodo dum ex mandato et commissione speciali eiusdem serenissimi domini Regis, domini nostri graciosissimi predicti, vocatis ad nostri presenciam partibus utrisque supra dictis in et ad locum granicierum inter prefata bona Dunkowicze regalia tenute domini episcopi iam expressi ex una et Lasz villam domini Spithconis ex altera partibus, descendissemus iudicialiterque ibi resideremus, tum coram nobis stans personaliter reverendus pater dominus Nicolaus episcopus Premisliensis, tenutarius predictorum bonorum regalium Dunkowicze, ut actor per suum procuratorem, cui coram nobis causam suam contulit, dixit: „domini commissarii, prout dominus Rex vestras Caritates informavit, tum verbotenus, tum per commissionem literalem, ut dummodo ego nollem approbare granicies regales a villa Dunkowicze corporali iuramento cum sex testibus, dominus Spithco admitteretur cum sex testibus easdem approbare de parte ville sue Lasz, ego admitto dominum Spithconem easdem granicies approbare cum sex testibus per corporale iuramentum iuxta decretum domini Regis et commissionem vobis datam". Nos itaque revisa domini Regis commissione nobis data ad easdem granicies, cuius commissionis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tutaj następuje polecenie królewskie datowane na sejmie walnym piotrkowskim 8. Listopada 1469 r. a oddrukowane powyżej pod nr. LXII. Potem brzmi dokument ten dalej:

predictas granicies domino Spithconi cum sex testibus approbare adiudicavimus et dominus Spithco statuit coram nobis testes nobiles videlicet Iohannem Mzurowsky, Pelkam de Czeschky, Alexandrum de Orzechowcze, Martinum de Zvrowicze, Prandotham de Chlopycze, Iohannem de Dmytrowicze, cum quibus dominus Spithco in scopulo angulari alias na Narosznem Copczu iuravit in hanc formam: „Ita me Deus adiuvet et sancta crux, quod incipiendo a primo scopulo angulari usque ad ultimum scopulum angularem equitavi per terram meam et patrimonium meum et in dextra parte scopulorum sunt bona regalia ad Dunkowicze pertinencia, in sinistra vero mea bona paternalia", dixit itaque granicies incipiendo a scopulo aciali circa silvam Zamohylicze per silvam et rubos usque ad pratum, quod dicitur Babyanka, et ab eodem prato per directum usque ad viam tendentem de eodem prato per silvam adusque deprope fluvium Vysznya usque ad magnam viam de Radymna ad Dunkowicze tendentem, ubi scopulos sipavimus et ereximns et in silvis in

arboribus signa ad modum crucis excisimus. Item a predicta per lacum directe Rybno dictum et tunc rippa eiusdem lacus usque ubi idem lacus incidit in Vysznya fluvium equitavimus, ubi etiam scopulos et signa in arboribus ad instar crucis confecimus. Item in rippa eiusdem fluvii Wysznya equitavimus, rippa eiusdem fluvii pretereundo molendinum usque deprope Syemyonow wir, ubi etiam scopulos ereximus et signa in arboribus ad modum crucis fecimus. Item transfretando fluvium Wysznya in alteram partem in campo Zacroczon in rippa eiusdem fluvii scopulum sipavimus, a quo scopulo equitavimus per silvam Krewye usque ad mericam etiam scopulos sippando et signa in arboribus ad modum crucis faciendo et veniendo ad mericam, equitavimus per mericam prope silvam usque ad montem scopulos sipando et signa in arboribus faciendo, et a monte usque ad Ioythochowaroschocha, ubi finalem et angularem scopulum sipavimus et ereximus. Quas granicies et scopulos ministerialis Iohannes Possaka in primo et ultimo scopulis angularibus alta voce proclamavit prima, secunda et tercia vicibus, super quo dominus Spithco predictus memoriale posuit, quod nos recepimus. Quas granicies taliter sipatas et erectas vigore commissionis predicte regie decernimus robur perpetue firmitatis obtinere. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa testimonio literarum. Actum et datum in loco predictarum granicierum feria quarta in crastino sancti Galli anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, presentibus nobilibus dominis Marcissio de Morawsko Iudice, Nicolao Hleb de Siennow Subiudice, Petro de Radochoncze Tribuno Premisliensibus, Alexandro de Drohoyow, Iacobo Byereczky, Stanislao Slawsky et aliis multis testibus ad premissa.

Według potwierdzenia królewskiego z 21. Listopada 1470 r. oddrukowanego i opisanego poniżej pod nr. LXIV.

LXIV.

Na sejmie walnym piotrkowskim 21. Listopada 1470 r. Kazimierz Jagiellończyk zatwierdza rozgraniczenie wsi Duńkowic i Lasu przez komisarzy dokonane.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ut actus hominum sub tempore versantes in perhenni memoria permaneant, sagax humana condicio assuevit eos literarum apicibus et testium annotacione eterne memorie comendare. Proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque ac terre Culmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres etc. ad perpetuam rei memoriam significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, pre-

sentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo per generosum Spithconem de Iaroslaw, succamerarium Premisliensem, fidelem nostrum dilectum, oblata nobis humiliter peticio continebat, quatinus literam suam infrascriptam, qua commissarii nostri superiori tempore ad faciendum granicies inter bona nostra regalia, videlicet Dunkowicze villam ex una et villam suam Lasz dictam partibus ab altera, per nos dati, deputati et assignati easdem granicies se limitasse, sipasse profitentur et recognoscunt, confirmare, approbare et ratificare dignaremur. Cuiusquidem litere commissariorum limitacionis granicierum prefate tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Tutaj następuje rozgraniczenie komisarskie z 17. Października 1470 r. oddrukowane powyżej pod nrem. LXIII. Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Nos itaque huiusmodi peticionibus tamquam iustis et racioni consonis annuentes, prescriptam literam granicierum in omnibus punctis, clausus *(sic)* et condicionibus ratam et gratam habentes, approbamus, gratificamus, roboramus et confirmamus, ipsam decernentes robur firmitatis obtinere. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Actum in convencione generali Pyotrkowiensi feria quarta proxima post festum sancte Elizabeth anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, presentibus reverendissimo reverendisque in Christo patribus dominis Iohanne sancte ecclesie Gneznensis Archiepiscopo et Primate, Iohanne Cracouiensi, Iacobo Wladislawiensi et Andrea Poznaniensi Episcopis, necnon magnificis, strenuis, generosis ac nobilibus Iohanne de Pylcza Cracouiensi, Luca de Gorka Poznaniensi, Nicolao de Cuthno Lanciciensi, Nicolao de Cosczelecz Brestensi, Iohanne de eadem Cosczelecz Iuniwladislawiensi, Stanislao de Chothecz Russie, Groth de Nowemiasto Rawensi Palatinis, Petro de Schamothuli Poznaniensi, Hincza de Rogow Sandomiriensi, Bartholomeo de Iwanowicze Calissiensi, Dobrogostio de Ostrorog Gneznensi, Dobeslao Kmytha de Wysznycze Lublinensi, Iohanne de Tharnow Woynyciensi, Felice de ibidem Wisliciensi, Dobeslao de Zyrawicza Premisliensi, Eustachio de Sprowa Radomiensi, Stanislao de Schydlowiecz Zarnowiensi Castellanis, et aliis quam pluribus testibus ad premissa fidedignis. Datum per manus magnifici ac venerabilis Iacobi de Dambno Cancellarii et Capitanei Cracouiensis ac Alberti de Zychlin Custodis Sandomiriensis Gneznensisque, Cracouiensis, Wladislawiensis et Poznaniensis ecclesiarum Canonici, Vicecancellarii regni Polonie, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem eiusdem venerabilis Alberti de Zychlin regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał na wielkim arkuszu pergaminowym w bibl. zakł. nar. im. Ossolińskich nr. 775. Pieczęć wraz z sznurem zaginęła.

LXV.

We Lwowie 22. Stycznia 1472 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan Chodorowski winien Wacławowi z Dworzysk 20 grzywien, za co mu oddaje wieś Bolechów do czasu oddania długu.

Nos Petrus de Brancze iudex et Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presentium, quibus expedit, generaliter universis tam presentibus quam futuris, presentium noticiam habituris, quomodo veniens ad nostram et aliorum dominorum nobiscum protunc iudicio terrestri residencium presenciam personaliter geuerosus dominus Iohannes de Chodorowstaw, dapifer Leopoliensis, non compulsus, nec coactus, neque aliquo errore devio seductus, menteque corpore existens sanus, coram nobis libere recognovit, se teneri certi ac veri debiti viginti marcas pecunie communis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, nobili Venceslao de Dworzyska [1]); in quibusquidem viginti marcis prefatus Iohannes Chodorowsky fato Venceslao villam suam in districtu Leopoliensi et territorio Zudaczowyensi sitam, Bolechow [2]) Valachorum dictam, post fluvium Szukyl iacentem, cum omni iure, dominio et proprietate, utilitatibus, censibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, gays, virgultis, quercetis, rubetis, venationibus, [3]) aucupacionibus, rivis, torrentibus, fluviis, stagnis, lacubus, aquis, piscinis, ipsarum demissionibus, molendinis et eorum emolimentis, kmethonibus, tabernis, penis, decimis agnorum et porcorum ac obventionibus generaliter universis, quocumque nomine et vocabulo vocitentur, nichil ibidem pro se suisque successoribus in eadem villa penitus reservando, tenere obligavit et invadiavit, et iam sibi Venceslao intromissionem in eandem villam dedit, quam villam Bolechow ipse Venceslaus tenebit et habebit tamdiu, quousque dicte viginti marce per ipsum Iohannem aut suos successores sibi Venceslao plenarie fuerint persolute. In quaquidem possessione dicte ville ipse dominus Iohannes fatum Venceslaum ab omni persona sexus utriusque iuxta consuetudinem terrestrem, prout ad aliquam personam prescripcio terrestris spectaret, protegere et a bello intecedere est obligatus. Si autem non protegeret vel solus sibi Venceslao in possessione dictarum villarum aliquas iniurias inferre vellet et ob hoc ipse Venceslaus dampnum aliquod pateretur, illud non ipsius Venceslai, sed fati Iohannis fieri debet; cum autem pro premissis in ius terestre Leopoliense ipse Iohannes per ipsum Venceslaum cittaretur, extunc recedendo a districtu suo Zuda-

czowyensi in primo termino parere et totam suam causam perdere debet, et iam in eodem primo termino ipse Venceslaus fatum Iohannem in toto suo lucro condempnare potens erit, tamquam in termino peremptorio, pro quibus expressis non debet eundem ipsum Venceslaum ullo iure nec literis regalibus, bello, expedicione, legacione, prescripcione, colloquio generali vacant (*sic*) simplici infirmitate, nec se excipiendo ad districtus alios pro maiori, nec aliqua re excogitata sibi Iohanni in facto subsidiaria, sed quibuscunque modis evadere vellet, his omnibus in primo termino parere et totam suam causam perdere debet, super que ipse Venceslaus memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Leopoli feria quarta in crastino sancte Agnetis virginis anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Iohanne de Culykow Subdapifero, Petro Spyklossky Subpincerna Leopoliensibus, Petro Czebrowsky, Paulo Clusz de Crosno, Raphaele de Streptow et aliis ad premissa testibus fidedignis quam pluribus.

Oryginał na pergaminie w zakł. nar. im. Ossol. nr. 784., obie pieczęci oderwane.

[1]) Dworzysko wieś w przemyślańskim powiecie.
[2]) Bolechów w powiecie doliniańskim.
[3]) Wyraz ten dwa razy powtórzony.

LXVI.

W Gorliczynie 5. Kwietnia 1473 r.

Rafał z Jarosławia, dziedzic przeworski, podkomorzy przemyski i starosta ruski, prawa i powinności miasta Przeworska urządza i określa.

In nomine Domini Amen. Quia nulla unquam subditorum, nisi favore naturalium dominorum stetit communitas, nam quantomagis dominorum in suos favor funditur subditos, tantomagis ipsi in rebus et personis crescunt, augentur et multiplicantur, verum ad temporum alteracionem domini alterantur et favores eorum pro tanto alta regum, principum et dominorum solertia prerogativas, si quas in suos faciunt subditos, litterarum apicibus testiumque fidedignorum annotacione decrevit perhennare, proinde nos Raphael de Iaroslaw, heres in Przeworsko, succamerarius Premisliensis et capitaneus terre Russie generalis, notum facimus presencium tenore, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo considerantes nostrorum subditorum civium in

Przeworsko in certitudinem et omnimodam ambiguitatem in exactione annuali, contribucionibus, consuetudinibus et quibusvis prerogativis, ipsis a nostris predecessoribus diu et in hactenus tentis et observatis, quam tunc occasione defectus munimentorum et privilegii super premissa habere dinoscebantur, huiusque pretextu ipsi cives nostri verebantur, se expost per nos aut nostros gravare posse in premissis successores, et ob id ipsum in eorum laboribus segniores effecti a negociacione bonorumque suorum augmentacione supersederunt, sed et reipublice incurabilius intenderunt, quod ipsi civitati nostre finalem portendere videbatur anullacionem, quorum ambiguitati tempestive succurrere cupientes, ipsos quoque cives certo cerciorés efficere volentes, dictamque civitatem nostram Przeworsko in meliorem vertere satagentes condicionem, privilegium ipsi civitati nostre Przeworsko nomine et sigillo magnifici Iohannis alias Iaszkonis de Tarnow pallatini Sandomiriensis, proavi, nostri dilecti, primi eiusdem civitatis nostre fundatoris scriptum et obsignatum, datum, concessum et perpetuatum, firmum, illesum et inconcussum ac omnimode validum in omnibus suis clausulis, particulis et punctis ratificantes et approbantes, perpetuum robur et firmitatem habere presentibus decernimus. Ex nostra insuper singulari largitate universas et singulas communitatis res et pretorium, stratas, semitas, vias, viam pecualem, diu versus Rozborzs tentam, omnes staciones curruum et equorum sive boum pabulaciones alias Creptuchowe, extra domos civium nundinarum tempore constitutas, pondera sive libras omnium ponderabilium, metretas sive mensuras mensurabilium omnium, penesticas, ius forense alias targowe de omnibus et singulis mercatoribus solummodo et piscatoribus, qui nostri non sunt censite(?), diebus tantummodo forensibus per quatuor obulos, ac silvam dictam alnetum alias Olsznica, que est supra aggerem molendinarem in piscina nostra molendini nostri superioris ac infra et iuxta aggerem eundem usque ad pratum nostrum in suburbio nostro Mokrastrona dicto et fluvio Mleczka usque ad angulum sive finem latitudinis eiusdem prati nostri post ortos civiles usque ad alveum fluvioli decurrentis post eandem silvam sive alnetum, post et iuxta sepes inferiorum ortorum civilium iuxta pontem et stratam versus Canczugam [1]) iacencium, pro extirpandis, excolendis et dilatandis pratis et pascuis communitati civitatis nostre prescripte ab omnibus nostris censibus penitus liberis et exemptis, prata eciam tria diu Blonna nuncupata, primum superius videlicet inter ortos civiles versus prescriptam silvam, in qua et antea ipsa civitas nostra commune et speciale habet pratum, quod eciam presentibus a censu nostro perpetuo liberum et exemptum facimus; aliud pratum ex opposito predii hospitalis, per quod itur in molendinum dictum Blonsky mlyn, tercium pratum inter hoc ipsum molendinum et ortos civiles post pontem in Lanczuth transeundo, in quo laterificium civile extat edificatum, ab omni censu nostro similiter libera perpetuo et exempta, vecturas quoque braseorum in quecunque molendina nostra et de molendinis cum omnium et singulorum premissorum fructibus, utilitatibus et

proventibus omnibus et singulis sepedicte civitati nostre Przeworsko donavimus, dedimus, incorporavimus, appropriavimus et largiti sumus presentibusque omnia et singula premissa donamus, damus, incorporamus, perpetuo appropriamus et largimur, sic ut nulla persona privata cuiuscunque status sive civilis sive extera de premissis omnibus et singulis pretorio videlicet, stratis, semitis, viis, pecuali via, stacionibns extra domos nundinarum tempore, libris, mensuris, penesticis, iure forensi mercatorum et piscatorum, alveto sive prescripta silva in suis prescriptis finibus et graniciis, pratis et tribus Blonye prescriptis ac molendinorum vecturis sese quomodolibet intromittere presumat, quin sola civitas nostra Przeworsko omnibus et singulis premissis, sibi sic datis, donatis, incorporatis et appropriatis, perpetuo utifruatur et ipsa in usus communes convertat; albatorium insuper de novo et recenter de nostra speciali voluntate edificatum et erectum infra molendinum nostrum superius iuxta fluvium Mleczka sepedicte civitati nostre Przeworsko damus, largimur et perpetuo appropriamus, tali condicione adiecta specialiter et expressa: ut consules civitatis nostre prescripte pro tempore existentes ipsum albatorium regant, disponant et dirigant, magistrumque albatorem, quocienscunque necessitas exegerit, perpetuis instituant temporibus, censum vero quantumcunque de eodem albatario annis singulis ipsi consules tulerint et perceperint, extunc medietatem eiusdem census sub ipsorum iuramentis nobis nostrisque posteris annis, ut premittitur, singulis, perpetuis vero temporibus pro festis sancti Martini dent, solvant et reponant, reliquam vero medietatem dicti census similiter annis singulis et perpetuis temporibus pro communitate nostre civitatis Przeworsko tollentes et percipientes convertant et ob id ipsum nosmet et successores nostri ad omnia et singula dicti albatorii edificia maiora, ut ad domos et ad sepes ipsi civitati nostre vecturis roborum et aliorum necessariorum auxiliari perpetuo debemus; volumus insuper habere, ut molendinator molendini nostri superioris pro tempore existens mortarium alias folusch sive intra albatorium sive extra in aggere videlicet molendinari alias Napogrodkach dicti molendini vel ubicunque nobis et civitati nostre competencius esse videbitur, meatum quoque sive aque decursum pro rigandis eiusdem albatorii aggerulis ad madefactionem tele dealbande annis perpetuis tociens, quocienscunque necessarium fuerit, impensis civitatis laboret, instauret et reparet, et propter hoc ipsum nosmet cum nostra posteritate ac civitas nostra, eidem molendinatori annis singulis, perpetuis vero temporibus de communi albatorii censu duas mercas *(sic)* pecunie pro festis sancti Martini solvere tenebimur. Sepedictam insuper civitatem nostram Przeworsko et eius totam communitatem una certa pecuniarum summa racione exactionis nostre annualis nobis annis singulis, perpetuis vero temporibus provenientis presentibus certiorem facimus perpetuoque assecuramus, sic ut ipsa civitas nostra Przeworsko in statu et integritate suis salva et incorrupta stans, triginta mercas pecunie communis numeri consueti, in quamlibet mercam quadraginta octo grossos computando, et

monete similiter consuete communiter in Regno currentis, nobis et nostris posteris annis singulis, perpetuis vero temporibus de tota sui communitate racione exactionis annualis premisse dare et respondere ad festa sancti Iohannis Baptiste tenebitur. Exactio vero maior, quocienscunque per laudum commune fuerit laudata et instituta, volumus, ut ipsa civitas nostra eandem nobis et nostris posteris eque cum aliis terre Premisliensis exactionaretur civitatibus. Item, dummodo et quocienscunque expedicio generalis acciderit, ita ut tota terra Premisliensis ad eandem moveretur transire et proficisceretur, extunc civitas nostra Przeworsko de tota sui communitate nobis nostrisque posteris expedicionales belli diu solitas currum videlicet unum panno supertectum, victualibus his scilicet: sex pernis sive lardis carnium, farina bene mundata de sex mensuris sive truncis siliginis, piscibus sutis [2]) pro media altera mercis, tribus quartalibus pisi, media mensura milii, vasculo butiri, sex sexagenis caseorum, panibus pro tribus fertonibus oneratum et impositum, sex equos veredarios, duas aurigas et unum peditem, in expensis tamen nostris dare atque expedire temporibus perpetuis teneatur et sit astricta, hoc tamen specialiter adiecto et expresso, ut si per communne laudum aliter pro defensa Reipublice fuerit super civitates communiter laudatum et institutum, extunc iuxta hoc ipsum communne laudum et ipsa civitas nostra eque cum civitatibus aliis expedire tenebitur. Obvenciones annuales solitas et consuetas, videlicet duodecim mensuras avene et unum octuale cervisie pro festis Nativitatis domini et (*b*)ovem saginatum pro festis Pasce volumus, ut sepedicta civitas nostra annis singulis, perpetuis vero temporibus nobis nostrisque successoribus de tota sui communitate, preter artificum speciales contribuciones *(solve)*re et contribuere teneatur et sit astricta. Item quatuor vecturas annuales similiter diu solitas, quas ipsa civitas nostra annis singulis nostris predecessoribus et nobis necessitate exigente, duobus, tribus (*vel*) quatuor equis veredariis ad longam sive brevem viam dare et expedire solebat, volumus, ut dicta civitas nostra temporibus perpetuis, annis singulis nobis et nostris posteris, nostris in expensis, det et expediat *(neces)*sitate, ut premittitur, exigente alias necessitate cessante. Dicte quatuor vecture de uno anno in alios sequentes annos non debent retineri sive mutari in gravamen civitatis. Que omnia et singula premissa *(soluci)*onem, medietatem census albatorii, expedicionales belli obvenciones sive contribuciones, quatuor vecturas premissas et generaliter omnia et singula nomine tocius communitatis danda, contribuenda, *(solven)*da, quibuscunque nuncuparentur nominibus, temporis tractu plurificatis dominis heredibus sepedicte civitatis nostre Przeworsko nostris successoribus pluribus tanquam uni et uni tanquam pluribus ipsa civitas *(de Prze)*worsko det, solvat et contribuat. Ut autem omnia et singula premissa perpetue vobur habeant firmitatis, presentes litteras nostri sigilli appensione iussimus communiri. Actum et datum *(in Gorly)*czina [3]) feria secunda in crastino sancti Ambrosii anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, pre-

sentibus nobilibus dominis Nicolao Goluchowsky herede in Swyączicza, Sta(*nislao V*)oydkonis de Wyrzbna [4]) Sculteto, Stanislao Schumsky, Thoma Oszyeczkowsky Sculteto in Grodzysko, [5]) Procuratore nostro in Gorlyczina, Iohanne Miszkowsky Curie Nostre Notario, Dobeslao . . . . . Oporow, Marcissio Broszina in Trincza [6]), Niclassio in Studzyana [7]) Scultetis, discreto Mathia Curie Nostre Presbitero et aliis plurimis fidedignis.

Oryginał pergaminowy, w lewym dolnym rogu uszkodzony, opatrzony pierwotnie pieczęcią zawieszoną w prawym rogu dolnym, po której sznur z pąsowego i zielonego jedwabiu pozostał, jest dzisiaj własnością Stanisława hr. Tarnowskiego. Dokument ten jest ingrossowany w księgach tabuli krajowej galic. Libro nov. Oblig. 108 pag. 145. Odpisu udzielił mi łaskawie dr. Fr. Piekosiński.

[1]) Kańczuga miasteczko w powiecie łańcuckim.
[2]) *piscibus sutis* tak w udzielonym mi łaskawie odpisie, może jednak raczej *piscibus siccis* albo *siccatis* więc suszonych ryb.
[3]) Gorliczyna wieś w powiecie łańcuckim, o trzy mile od Przeworska.
[4]) Wierzbna wieś w powiecie jarosławskim.
[5]) Grodzisko, tej nazwy jest dzisiaj w powiecie łańcuckim miasteczko, dalej dwie wsie Grodzisko dolne i górne.
[6]) Tryńcza wieś w powiecie łańcuckim.
[7]) Studziana wieś w tymże powiecie.

LXVII.

We Lwowie 17. Marca 1474 r.

Grzegorz arcybiskup lwowski, Mikołaj przemyski i Mikołaj kamieniecki biskupi nadają odpusty bractwu garncarskiemu we Lwowie.

Gregorius Dei gracia sancte eclesie Leopoliensis archiepiscopus, Nicolaus Premisliensis, Nicolaus Camenecensis eadem gracia episcopi universis et singulis, presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis subditis digne et laudabiliter serviatur de innata sue pietatis clemencia, que supplicum vota excedit, et vota fideliter servientibus sibi multo maiora retribuat, quam valeant promereri, volentes tamen populum reddere domino acceptabilem et bonorum operum sectatorem, fideles Christi ad complacendum suo creatori quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgenciis et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gracie apcio-

res, cum itaque, sicut accepimus, ad fraternitatem artificum magistrorum lutifigulorum civitatis Leopoliensis licet parva confluxerit multitudo, ex quorum fraternitate et caritativa unione ecclesia beate Marie virginis Leopoliensis provisione et decore ad cultum divinum laudabiliter decoratur laudesque Deo omnipotenti et beate Marie Dei genitricis semperque virginis alacriter persolvantur fiuntque suffragia animabus fidelium defunctorum, nos vero cupientes, ut ipsa fraternitas votiva successive augmentum in personis ad eandem confluentibus suscipiat incrementa, omnibus et singulis utriusque sexus fidelibus dicte fraternitati incorporatis et in futurum incorporandis, qui eiusdem fraternitatis missas defunctorum et vigilias statutas visitaverint easque cum devocione audierint ac contribuciones pro necessariis ad cultum divinum fecerint necessarium *(sic)*, aut Pater noster, Ave Maria, Credo oraverint et in eisdem missis offertoria domino obtulerint sive quevis onera dicte fraternitatis portaverint tociens, quociens id fecerint, contritis et confessis vere penitentibus de iniunctis ipsis penitenciis de omnipotentis dei misericordia beatorum Petri et Pauli apostolorum eiusdem auctoritate confisi, quadraginta dies indulgenciarum in domino relaxamus et largimur per presentes. Preterea indulgencias per alios reverendissimos et reverendos patres dominos episcopos dicte fraternitati concessas sive expost concedendas . . . . approbamus, ratificamus et tenore presencium confirmamus temporibus perpetuis valituras. Sed quia cum conceditur beneficium, conceditur propter officium, ideo dicti fratres et maystri lutifigulorum singulis quatuortemporibus vigilias more solito persolvant et pro pulsu campanarum grossos octo Polonicales et non plus solvere tenebuntur, singuli maystri dicte fraternitatis pro dictis singulis etiam quatuortemporibus ollas [1]) duas pro domo venerabilis dominorum canonicorum capituli Leopoliensis et mucrale quilibet magister lutifigulus per se tenebuntur dare, et tenebitur rescindere cacabos [2]), quod opus et necessarium ad altaria fuerit tempore hyemis, prefati maystri aptos ad altaria cum prunis [3]) faciliter deportandis sponte ad dandum sunt obligati [4]) temporibus perpetuis et in evum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Leopoli feria quinta proxima ante dominicam Letare anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

U dołu na rzemyku pergaminowym wisi pieczęć woskowa arcybiskupstwa lwowskiego, a druga na takimże samym rzemyku pieczęć zatarta nie do poznania. W ten sposób przepisany i opisany znajduje się przywilej ten w arch. m. Lwowa. Oryginał miał się znajdować w posiadaniu cechu garncarskiego.

[1]) *olla* garniec.
[2]) *cacabus* kafel.
[3]) *pruna* węgiel.
[4]) Nie mając oryginału pod ręką, muszę zdanie to podać tak, jak je znajduję w kopii, nie umiejąc zrestytuować tekstu widocznie tutaj pobałamuconego.

LXVIII.

(We Lwowie) 3. Sierpnia 1474 r.

Rajcy lwowscy poświadczają, że Ormianin Rostakis zbiegły dla długów do klasztoru lwowskich Dominikanów zobowiązał się wraz z żoną swoją do zapłacenia tych długów w oznaczonych terminach.

Dominus Georgius pellifex preconsul noster, dominus Clemens Caden consul, Georgius Gebel notarius noster et Iarosch Mornstein iuvenis de Cracouia recognoverunt coram nobis, quomodo coram ipsis in claustro Leopoliensi fratrum ordinis sancti Dominici Rostakis Armenus Leopoliensis pre debitis ibidem fugitivus manens una cum uxore sua legitima recognoverunt, se manu coniuncta et indivisa teneri centum et decem et septem florenos Hungaricales domino Benesch de Cracouia, promittentes manu coniuncta et indivisa predicti debiti sibi solvere pro nunc septem florenos et triginta florenos a die presentium dare per sex septimanas in manus domini Clementis de Caden prefati dicto domino Iarosch per prefatum dominum Benesch consignatos et iterum alios triginta florenos in sex septimanis post predictorum XXX florenorum terminum solucionis in manus predicti domini Georgii pellificis preconsulis nostri ad manus fideles. Reliquum vero debitum promiserunt manu coniuncta ut supra dicto domino Benesch videlicet quinquaginta florenos indilate exolvere pro festo sancte Agnetis proxime venturo ad nundinas Leopolienses [1]). Actum feria IIIIta proxima post diem ad vincula sancti Petri apostoli.

Acta officii Consularis T. I. pag. 270 nr. 656 ex anno 1474.

[1]) Porównaj dokument następny nr. LXIX.

LXIX.

(We Lwowie) 5. Grudnia 1474 r.

Rajcy lwowscy udają się do króla ze skargą na Ormian zasłaniających swoją opieką żonę Ormianina Rostakis nie chcącą zapłacić długu na niej ciążącego i upraszają króla o zasadnicze rozstrzygnięcie tej sprawy.

Serenissime princeps et domine, domine noster generosissime. Rostakis quidam Armenus Leopoliensis, pre debitis in claustrum secedens, impetratis sibi a Benesch cive

Cracouiensi, presentium ostensori, debiti sui ulterioribus terminis solucionis, eo quod ad inscribendum se in librum consularem dicto Benesch racione aliorum creditorum sibi in pretorium tutus non pateret accessus, misit ad preconsulem nostrum, ut cum aliquibus consulibus collegis nostris ad eum in claustrum conscenderent, quos et dictus Benesch eidem dicti Armeni recognicioni petivit interesse. Cum vero preconsul noster cum duobus collegis nostris in claustrum venirent, dictus Rostakis Armenus ad presentiam eorum venit, demum et uxor sua, pro qua miserat, leto vultu et spontanea eciam venit. Sic ambo videlicet dictus Armenus et uxor sua recognoverunt manu coniuncta et indivisa, se dicto Benesch teneri certum debitum, se obligantes pro ceteris per eos expressis terminis eiusdem debiti manu coniuncta facere solucionem et petiverant recognicionem eorum introduci in librum nostrum consularem, quam recognicionem secundum deposita dictorum preconsulis et duorum consulum nostrorum in librum nostrum consularem induci iussimus [1]), prout eiusdem inscripcionis litera nostra, consulari sub sigillo nostro dicto Benesch data, lacius continetur. Tandem exacto termino uno vel pluribus dicte solucionis, Benesch venit in Leopolim et cum videret eundem Armenum a creditoribus iterum absentantem, citavit uxorem suam pro toto debito, eo quod manu coniuncta debitum recognovit. Armeni vero seniores venerunt cum ea petentes, eam iudicari iure Armenico per advocatum nostrum, quod eis concessum est. Cum vero advocatus noster scabinis et Armenis dictum ius locaret, misimus e medio nostrum duos collegas nostros consulares pro experiencia maioris iusticie. Querela itaque per dictum Benesch facta, quomodo ipsa cum marito suo sibi manu coniuncta debitum recognovit et solucionem pro certis exactis terminis non fecit, petivit solucionem habere ab eadem iuxta contenta dicte inscripcionis sue, cuius inscripcionis prefatam literam nostram consularem produxit, ad quam proposicionem dicti Benesch uxor prefati Armeni non negavit se modo predicto inscripsisse, sed dicebat, id se fecisse conpulsa per maritum suum. Sic Armeni seniores invenire volebant sentenciam, cum dicit, se talem recognicionem seu inscripcionem fecisse per maritum suum compulsa, iuret propria manu, quod ita sit et sit libera ab inscripcione sua, quod advocatus noster cum aliis assessoribus pro sentencia decernere noluerunt, quia cuilibet patere poterit, eam ad talem inscripcionem faciendam non fuisse compulsam, nam maritus suus in daustro ut detentus manens exitum liberum ad uxorem non habuit ad compellendam eam, sed ipsa libere venit ad eum in claustrum, sed voluerunt, quod ipsa satisfaciat iuxta insripcionem suam actum, ne ipsi Armeni conquererentur de gravamine, pro diffinicione eiusdem sentencie remisimus partes ad Serenitatem vestram, assignantes eis terminum ad felicem Serenitatis vestre in Regnum adventum, quem Armeni suscipere noluerunt, sed voluerunt terminum habere ad Serenitatis vestre felicem adventum in Leopolim, quem Benesch, ut hoc dampnificatus, admittere noluit, sic ipsa Armena fideiussores non habens sedet us-

que ad Serenitatis vestre informacionem. Petimus igitur Serenitatem vestram dictum Benesch circa inscripcionem suam dignari conservare, alias multe inscripciones Armenorum in librum nostrum consularem ab antiquis temporibus facte per talem, ut premittitur, excepcionem, infringerentur. Datum feria II. vigilie S. Nicolai 1474.

Acta Officii consularis. T. I. ex a. 1474 pag. 275. Nr. 683.

[1]) Porównej dokument poprzedni nr. LXVIII.

LXX.

W Wojniczu 13. Marca 1475 r.

Jan Bohun z Dunos sędzia i Jan z Pielgrzymowic podsędek ziemscy krakowscy poświadczają, że Jan z Bobowy sprzedał Mikołajowi Szrop z Jasiony za 150 grzywien wsie Bukowiec i Żebraczkę.

*(Nos Iohannes Bohun de Dunos)*y iudex et Iohannes de Pyelgrzym*(owice subiudex terre Cracouiensis generales sig)*nificamus tenore presentium, quibus expedit, u*(niversis et singulis presentibus et futuris, prese)*ntium notitiam habituris, quomodo coram nobis aut *(iudicio nostro terrestri v)*eniens personaliter nobilis Iohannes de Bobowa [1]) heres sanus *(mente pariter et corpore)* non compulsus nec coactus, sed de ipsius libera voluntate fe*(cit recognicionem, quia v)*illas suas videlicet Bucowyecz et Zebraczka cum omni iure et toto dominio, utilitatibus, fructibus, censibus, laboribus, incolis, areis, domibus [2]), agris, campis, pratis, pascuis, silvis, gagiis, rubetis, borris, aquis, torrentibus, piscinis, piscariis, molendinis, tabernis, ortis et universis ac singulis pertinenciis et coherenciis, quibuscunque dicantur nominibus, ad eadem bona quomodolibet spectantibus, prout solus tenuit, habuit et possedit, nichil penitus excludendo, nobili Nicolao Szrop de Iassyona [3]) in centum quinquaginta marcis pecunie communis, numeri Polonici consueti, maternitatis ipsius in totum obligavit et iam coram iure intromissionem realem dedit, tenere modo obligatorio ab uno festo Nativitatis ad aliud usque ad plenam exempcionem possidere, promittens ipsum occasione premissorum ab omnibus impedimentis et dampnis quarumlibet personarum utriusque sexus, secundum quod ad quamlibet pertinet prescripcio personam, sub dampno iuxta iuris formam et consuetudinem terrestrem intercedere et eliberare, non evadendo litteris regalibus, prescripcione, districtu, colloqnio nec quovis modo alio sub ammisione sue cause. Schado ministerialis datur sibi de iure ad intromittendum. Acta in Woynycz

feria secunda proxima post dominicam Iudica anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, presentibus his testibus nobilibus Stanislao Lygaza de Bobrek, Clemente de Thucza, Iohanne de Voynarowa, Iohanne de Gorlycza, Nicolao Szappowsky de Thągoborza et Nicolao de Zarnowycza heredibus et aliis pluribus fidedignis.

Oryginał znacznie uszkodzony znajduje się w zbiorze dokumentów biblioteki Ossolińskich, Nr. 774. Miejsca uszkodzone staraliśmy się uzupełnić. Na pasku pergaminowym pozostał okruch z zawieszonej dawniej pieczęci. Druga pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

[1]) Bobowa miasto w powiecie grzybowskim.

[2]) Ostatnie trzy wyrazy pisarz dwa razy napisał.

[3]) Bukowiec, Żebraczka i Jasiona znajdowały się w ręku tegoż Szropa, kiedy Długosz pisał swoje *Liber beneficiorum*. Leżały wtedy w parafii lipnickiej archidiakonatu sandeckiego. Zobacz *Lib. benef.* II. 238.

LXXI.

W Pilźnie 19. Czerwca 1475 r.

Otto z Plechowa sędzia i Jan z Biechowa podsędek sandomirscy rostrzygają spór o oznaczenie granic pomiędzy Barbarą z Wiewiórki, żoną Stanisława Tęczyńskiego podkomorzego chełmskiego, a Anną z Góry.

Nos Otho de Plechow iudex et Iohannes de Byechow subiudex terre Sandomiriensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit, universis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris: quomodo dum et quando generosa domina Barbara de Wyewyorka [1]) heres, consors generosi domini Stanislai de Thanczin, succamerarii Chelmensis, citasset Annam de Gora [2]) heredem pro eo, quia ipsa noluisset cum eadem domina Barbara granicies sippare et scopulos facere inter hereditatem et villam ipsius domine Barbare Wyewyorka ab una, et inter portionem ipsius Anne hereditariam, quam habet in Gora partibus ab altera. Quas granicies et scopulos ipsa domina Barbara secus voluisset sippare, habere et facere et ipsa Anna noluisset, pro quo ipsam in centum marcis dampnificasset. Que Anna coram nobis diversas faciebat controversias contra prefatam dominam Barbaram termino in peremptorio, iuri non deservientes. Quibus exauditis controversiis prefate domine Barbare pro prefatis graniciebus inter hereditates predictas accionem adiudicavimus et per presentes adiudicamus, significamusque et decernimus,

nostra sentencia difinitiva mediante. Harum quibus in testimonium literarum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Pylzno feria secunda proxima post festum sancti Viti anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto presentibus his nobilibus Nicolao de Mathoschin, Iohanne de Strzezow, Nicolao de ibidem, Nicolao de Zarnowyecz, Nicolao de Iaworzye, Abraham de Chotowa ac aliis quampluribus fidedignis testibus.

Dokument na pergaminie, dobrze zachowany, w zbiorze dokumentów zakładu im. Ossolińskich nr. 763. Obu pieczęci brakuje, pozostały paski pergaminowe.

[1]) Wiewiórka wieś w powiecie pilźnieńskim, *cuius haeres Stanislaus Thanczynsky ratione uxoris*, powiada Długosz w *Lib. benef.* II, 259. Do niej należała wtedy cała sąsiednia okolica, cała parafia zasowska wraz ze samym Zasowem.

[2]) Góra, Motyczną dzisiaj zwana, wieś w powiecie pilźnieńskim.

LXXII.

W Hołhoczach 28. Kwietnia pomiędzy r. 1481 a 1485.

Dawid z Buczacza, wojewoda podolski, starosta kamieniecki i kołomyjski, funduje altaryą przy kościele parafialnym w Buczaczu i uposaża takową na dobrach swych Hołhocze.

In nomine sancte Trinitatis ac eiusdem individue unitatis Amen. Cum inter humana negocia humanosque actus nichil dignius habeatur memoria, que non nisi soliditate ac robore necnon excellencia litterarum stabiliri et confirmari potest, proinde nos David de Buczacz, palatinus Podoliensis necnon Camenecensis et Colomiensis capitaneus generalis etc., significamus tenore presencium universis et singulis, tam presentibus quam futuris, quia zelo devocionis accensi cupientes salutem anime nostre necnon parantum (*sic*) et consanguineorum successorumque nostrorum decessorum vel decedendorum habere, ut anima nostra ac parantum, nostrorum piorum operum ac elemosinarum presidiis requiem nanciscatur opulentam, quocirca in honorem omnipotentis Dei et eiusdem sanctisime matris et omnium sanctorum laudem altare in sinistra parte versus chorum eundo in ecclesia Buczaczensi maiori et capitali duximus sumptibus et peccuniis propriis construendum, relevandum et dotandum, iamque de facto hoc ipsum altare honorabili viro domino Nicolao nostro presbitero de Svirzov comisimus et dedimus racione precum et oracionum pro animabus fundandum, gubernandum et regendum. Ut autem fatus presbiter Nicolaus et cum

ipsius aliis post mortem eiusdem sequacibus sive successoribus circa hoc ipsum altare degentibus iugiter sacrificia et oraciones perpetuis et eviternis temporibus offerre Deo queant, id dotamus modo tali, scilicet quod talis presbiter degens circa fatum altare decimam post araturam nostram in Holhocze [1]) cuiuslibet grani debebit habere; de piscinis eciam duabus in Holhocze de qualibet emissione alias spustu ambarum piscinarum cuiuslibet seorsum debebit habere per unam tunnam luceorum alias Beczka, vel loco cuiuslibet tunne quinque marcas numeri et peccunie comunis in terra currentis, et pro expensis singulis annis unam iuvencam et duos porcos et unum braseum et decimam metretam cuiuslibet grani de molendino in Holhocze braseis duntaxat exceptis et braxatorium in Buczacz, de quo eciam huiusmodi presbiter sustentari poterit. Dictumque presbiterum et suos sequaces oneramus ad id faciendum: Primo singulis septimanis tenebitur tres missas legere, unam in honorem gloriosissime Virginis et aliam pro animabus et terciam pro peccatis; tenebitur ecciam talis presbiter ad hoc altare serviens plebanum in cantandis et legendis dumtaxat in ecclesia iuvare, idque rate ac inviolabiliter perpetue compromittimus tenendum. Si autem quis hominum id irritum aut quovismodo diminutum facere curaverit, id extremo iudicio omnipotentis et consciencie sue comittimus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Actum et datum in Holhocze ipso die Vitalis [2]), presentibus reverendissimo in Christo patre domino Iohanne Vantropka Archiepiscopo Leopoliensi et magnifico domino Michaele de Buczacz, generoso Iohanne Procop, honorabili Stanislao Rykala plebano in Buczacz et domino Iacobo de Dampszko protunc Notario magnifici domini Davidis de Buczacz et aliis quampluribus.

Dokument oryginalny znajduje się w ręku każdorazowego proboszcza obrządku łac. w Buczaczu. Pieczęć na zielonym wosku wyciśnięta, a na jedwabnym sznurze koloru amarantowego zawieszona, przedstawia w tarczy herb „Habdank“. Nad tarczą znajduje się hełm z wizyrem ku lewej stronie zwrócony, a nad nim powtórnie ten sam herb pośród pięciu piór strusich umieszczony. W otoku: „SIGILUM MAIUS . . . . .“ reszta nieczytelna. Na zewnętrznej stronie pergaminu znajduje się wiadomość, że dokument ten został przez Michała Burnickiego ołtarzystę kościoła paraf. w Buczaczu do aktów (zdaje się dyecezalnych) w Marcu r. 1610 wniesiony.

[1]) Hołhocze wieś w powiecie podhajeckim o 9 kilometrów od Podhajec.

[2]) Ponieważ podano tylko dzień a opuszczono rok, nie umiemy daty tej dokładnie oznaczyć. Dokument ten musiał być wydany po r. 1480, wtedy bowiem dopiero został Jan Wątróbka arcybiskupem lwowskim. O wystawcy dokumentu Dawidzie z Buczacza bardzo mało wiemy. Znamy go tylko z dokumentu wydrukowanego w AGZ IV, 197, gdzie 27. Czerwca 1484 r. jako wojewoda podolski i starosta kołomyjski uposaża kościół w Biale. (Dokument ten prostuje twierdzenie K. hr. Stadnickiego: wspomnie-
nie o Buczackich w Przewodn. nauk. i lit. 1873, I, 157, jakoby Dawid nie

był wojewodą, i pokazuje, że Jakób Buczacki nie mógł być podolskim wojewodą od r. 1481—1491). Jak długo był wojewodą podolskim Dawid powiedzieć nie umiemy, ponieważ jednak dnia 21. Października 1485 r. spotykamy na stanowisku wojewody podolskiego Jakóba z Buczacza (patrz niżej nr. LXXXII), musiał zatem dokument powyżej oddrukowany być wydanym przed tym dniem i rokiem. Oznaczamy zatem datę jego: pomiędzy rokiem 1481 a 1485.

LXXIII.

Na sejmie w Lublinie 15. Lutego 1484 r.

Kazimierz Jagiellończyk nakazuje urzędnikom królewskim pilnie czuwać nad tem, aby kupcy w ogóle nie omijali z swemi towarami składu lwowskiego pod karą zabrania im tych towarów na korzyść skarbu królewskiego.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. universis et singulis pallatinis, castellanis, capitaneis ceterisque dignitariis et officialibus, terrigenis, civitatum et oppidorum consulibus ac villarum procuratoribus ubique in terris Russie et Podolie constitutis, presentibus requirendis, sincere et fidelibus nostris dilectis graciam nostram cum favore. Magnifici, generosi, nobiles et famosi, sincere et fideles nostri dilecti. Ex querela civium nostrorum Leopoliensium accepimus, quomodo licet iuxta privilegia ipsorum omnes et singuli mercatores et vectores regni nostri et alias undecunque venientes, qui in terris Russie negociantur, cum rebus et mercibus eorum cuiuscunque generis aut maneriei existentibus, ultra depositum generale Leopoliense nec ab hac Polonie nec ab illa Russie sive Podolie parte progredi debeant, sed omnes mercatores, res et merces suas illuc aut vendere aut reponere tenentur. Nichilominus quoniam plures mercatores cum diversis mercanciis per terras Russie et Podolie obmisso deposito generali Leopoliensi negociando discurrunt in preiudicium iurium et privilegiorum ipsius civitatis et destructionem depositi ipsius et eciam in detrimeutum theolonei nostri, pro tanto cupientes, quatinus prefata civitas Leopoliensis in iuribus suis ac deposito generali illuc de antiquo tento et consignato conservaretur et ne eciam proventus nostri theolonei pereant, commisimus et presentibus committimus prefatis civibus Leopoliensibus omnes et singulos mercatores, qui dictum depositum generale preterirent, ubicunque deprehensi fuerint, arrestare resque et merces ipsorum cuiuscunque generis aut

maneriei existentes pro phisco nostro Regio recipere. Pro tanto vobis et cuilibet vestrum et presertim tibi magnifico Spithkoni de Iaroslav pallatino Sandomiriensi et capitaneo Leopoliensi et aliis pro tempore existentibus committimus et mandamus omnino habere volentes, quatinus dum per dictos cives nostros Leopolienses sive eorum officiales presentibus fueritis requisiti, seu aliquis vestrum fuerit requisitus, ipsis in arestandis dictis mercatoribus, qui, ut premittitur, depositum Leopoliense preterirent, necnon in recipiendis mercibus et bonis ipsorum consilio et auxilio esse debeatis tociens, quociens opportunum fuerit et necesse, nec aliter facere ausuri sub gravi nostra indignacione et sub penis in litteris iurium dicte civitatis Leopoliensis originalibus contentis. Datum in Convencione Lublinensi die dominico post beati Valentini anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto. Crzeslaus Cancellarius subscripsit [1]).

Relacio venerabilis Creslai de Curozwanki Decani Gneznensis, Regni Polonie Cancellarii.

Tuż pod relacyą napisano: *Rta* (to znaczy *Registrata*).

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 256. Na pasku pergaminowym zawieszona większa pieczęć królewska, wyciśnięta na czerwonym wosku.

[1]) Podpis ten Krzesława z Kurozwęk znajduje się rzeczywiście w tem miejscu t. j. w dalszym ciągu ostatniego wiersza. Porównaj dokument następny nr. LXXIV.

LXXIV.

Na sejmie w Lublinie 15. Lutego 1484 r.

Kazimierz Jagiellończyk nakazuje urzędnikom królewskim pilnie czuwać nad tem, aby kupcy mianowicie zaś Żydzi i Ormianie nie omijali z swemi towarami składu lwowskiego.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prusieque dominus et heres etc. universis et singulis pallatinis, castellanis, capitaneis ceterisque dignitariis et officialibus, terrigenis, civitatum et opidorum consulibus ac villarum procuratoribus, ubique in terris Russie et Podolie constitutis, presentibus requirendis, sincere et fidelibus nostris dilectis, gratiam nostram cum favore. Magnifici, generosi, nobiles et famosi,

sincere et fideles nostri. Ex querela civium nostrorum Leopoliensium accepimus, qualiter licet iuxta iura et privilegia eorum omnes et singuli mercatores regni nostri et alias undecunque venientes, qui in terris Russie et Podolie negociantur, cum rebus et mercibus ipsorum depositum generale Leopoliense transgredi non debeant, prout hoc ipsum in privilegiis et iuribus eorum lacius continetur, sed illuc res et merces reponere vel vendere teneantur. Nichilominus nonnulli mercatores et presertim Iudei, Armeni et alie persone, premissis non attentis, et depositum Leopoliense transgrediuntur et in civitatibus, oppidis, villis ac curiis aliisque locis inconsuetis merces eorum vendunt, pannos incidunt et alia fora exercent, per que ipsa civitas Leopoliensis et depositum eius ac theoloneum nostrum destruitur. Nos itaque volentes talibus erroribus occurrere comisimus prefatis civibus nostris Leopoliensibus, quatinus omnes mercatores Iudeos et alterius cuiuscunque ritus homines, qui aut depositum Leopoliense preterirent, aut in prefatis civitatibus, oppidis, villis, curiis et aliis locis inconsuetis merces vendicioni exponerent, pannos inciderent ac alia fora inconsueta exercerent contra privilegia, iura et consuetudinem approbatam dicte civitatis Leopoliensis, arrestare et huiusmodi res et bona ipsorum cuiuscunque generis aut maneriei existencia pro fisco nostro regio recipere. Pro tanto vobis et cuilibet vestrum et presertim tibi magnifico Spithconi de Iaroslaw pallatino Sandomiriensi et capitaneo Leopoliensi et aliis pro tempore existentibus committimus et mandamus, omnino habere volentes, quatinus, dum per dictos cives nostros Leopolienses sive eorum officiales presentibus fueritis requisiti seu aliquis vestrum fuerit requisitus, in arrestandis dictis mercatoribus Iudeis et cuiuscunque rittus hominibus, qui premissis contravenirent, necnon in recipiendis mercibus et bonis ipsorum consilio et auxilio esse debeatis tociens, quociens opportunum fuerit et necesse, nec aliter facere ausuri sub gravi nostra indignacione et sub penis in litteris iurium dicte civitatis Leopoliensis originalibus contentis. Datum in Conventione Lublinensi die dominico post festum beati Valentini anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto. Crzeslaus Cancellarius subscripsit [1]).

Relacio venerabilis Creslai de Curozwanki Decani Gnesnensis, Regni Polonie Cancellarii.

Tuż pod relacyą napisano *Rta* (to znaczy *Registrata*).

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 257. Na pasku pergaminowym zawieszona większa pieczęć królewska na czerwonym wosku wyciśnięta.

[1]) Podpis rzeczywiście w tem miejscu. Porównaj dokument poprzedni nr. LXXIII.

LXXV.

Na sejmie w Lublinie 17. Lutego 1484 r.

Kazimierz Jagiellończyk załatwia spór pomiędzy miastami Lwowem i Komarnem w ten sposób, że pozwala mieszkańcom Komarna prowadzić wolny handel od strony Polski, zakazując go od strony Rusi.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominis et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, quomodo dum multe differencie orirentur inter civitatem nostram Leopoliensem et opidum Comarno [1]) nove fundacionis generosorum de Chothecz [2]) germanorum propter lenciosam dictorum opidanorum mercaturam, quam supra et infra Leopolim continuo facere consueverunt in detrimentum theolonei et destruccionem depositorii dicte civitatis nostre, unde ad sedandam huiusmodi eorum controversiam reparacionique prefati theolonei nostri et depositorii dicte civitatis consulendo, considerantes situm opidi prefati, quod ex hac parte civitatis Leopoliensis super fluvio, quo et Grodek est, situetur, cum consiliariorum nostrorum consilio decrevimus presentibus, quod opidani opidi eiusdem Comarno ad eam partem Leopolis, que versus Poloniam est, habeant mercandi licenciam sine quavis dictorum Leopoliensium perturbacione et arresto, sed ad eam, que versus Russiam et Podoliam iacet, nulla itinera et mercancias a modo et peramplius facere audeant sub penis et arrestibus dicte civitati nostre concessis, sed pro more aliarum illius partis civitatum negocia sua in Leopoli exerceant, theoloneo et depositorio satis faciendo. Que omnia prescripta per partes predictas volumus firmiter observari in evum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Convencione Lublinensi feria tercia post festum sancti Valentini proxima anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo quarto.

Crzeslaus Cancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Creslai de Curozwanki Decani Gnesnensis, Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 259. Pieczęć wraz z paskiem, na którym wisiała, oderwana. Na tej samej stronie, na której dokument jest napisany, znajduje się po prawej stronie na dole napis *Rta* (*Registrata*).

[1]) Komarno miasto w powiecie rudeckim.

[2]) U Balińskiego i Lipińskiego Starożytna Polska II, 573 czytamy, że Stanisław z Chodcza woj. ruski, star. halicki i kamieniecki zamienił wieś swą dziedziczną Komarno na miasto za przywilejem Kazimierza Jagiellończyka z r. 1471.

LXXVI.

Na sejmie w Lublinie 17. Lutego 1484 r.

Kazimierz Jagiellończyk, wynagradzając mieszczan lwowskich za prace i koszta podjęte przy odbudowaniu i wzmocnieniu miasta, uwalnia ich od wszelkiego rodzaju podatków na sześć lat bez przerwy po sobie następujących.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo attendentes operam, labores et fatigas sumptusque, impensas satis graves Leopoliensium civium, quas circa structuram civitatis eiusque fossatarum iugi studio et diligenciis impendunt, volentes eos graciarum nostrarum prosequi favoribus atque ad ceptum opus perficiendum reddere fervidiores, ipsis ab expiracione date literarum prioris libertatis ab omnibus et singulis contribucionibus, daciis et exaccionibus in posterum laudandis, quocunque nomine appellandis, a data presencium usque ad sex annorum immediate se sequencium decursum absolvimus et liberos dimittimus graciose et liberaliter libertamusque favore presencium mediante. Quocirca vobis omnibus et singulis exactoribus pro tempore existentibus, presentibus requirendis, committimus et mandamus, quatinus dictos cives nostros circa eandem libertatem conservare debeatis, nil exactionum earum ab eis exigentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in convencione Lublinensi feria tercia post festum Valentini anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo quarto.

Crzeslaus Cancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Creslai de Curozwanki Decani Gneznensis, Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 258. Na pasku pergaminowym zawieszona większa pieczęć królewska wyciśnięta na czerwonym wosku. Pod dokumentem po prawej stronie znajduje się napis *Rta* (*Registrata*).

LXXVII.

Na sejmie w Lublinie 18. Lutego 1484 r.

Kazimierz Jagiellończyk przykazuje poddanym swym, aby nie aresztowali i nie zabierali wołów pędzonych przez kupców z ziem ruskich i wołoskich pod pozorem, jakoby woły te były skradzione.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quod nos crebris famosorum civium nostrorum Leopoliensium querelis impulsati contra nonnullos subditos nostros, nobiles et plebeos, factis, qui pecora eorum empticia *(sic)* seu boves sive in Russie sive Podolie aut Wachie (*sic*) terris per eos comparatos inter pellendum arrestare consueverunt et arrestant furti sub colore, furatos videlicet eos boves seu pecora asserentes, quos habere cupiunt, quotquidem tanquam furatos eisdem civibus recipiunt, nulla solucione impensa, quo eos in mercanciis eorum impediunt et molestant gravantque non mediocriter et dampnificant. Unde volentes eorundem recipiencium hunc impertinentem abolere morem, ut ipsi cives nostri eorum mercaturas intendere bovesque ipsos seu peccora per ipsos emptos sine impedimentis huiusmodi pellere abigereque valeant securius, de nostrorum consiliariorum consilio nobis hac in convencione assidencium statuimus et decernimus presentibus, quod cives ipsi sive mercatores Leopolienses boves seu peccora per ipsos foris sive annalibus sive communibus in civitatibus et opidis Russie, Podolie sive Walachie emptos et comparatos canteriis alias pyathnem, ut fit, consignare debeant, quosquidem boves seu peccora, postquam eo, ut premittitur, modo consignati fuerint, nullus hominum cuiuscunque status vel condicionis fuerit, arrestare recipereque audeat de cetero gravi sub indignacione nostra. In cuius rei fidem sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Convencione Lublinensi feria quarta post Valentini anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo quarto.

Crzeslaus cancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Creslai de Curozwanki Decani Gnesnensis, Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 260. Na pasku pergaminowym zawieszona większa pieczęć królewska, wyciśnięta na czerwonym wosku. Tuż pod relacyą napisano *Rta* (*Registrata*).

LXXVIII.

We Lwowie 28. Maja 1484 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Piotr Gołąbek z Zimnowody podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, jako przed nimi Dymitr Daniłowicz dziedzic Rudy i Prokop Korawa dziedzic Malechowa uskutecznili podział dóbr po wuju swym Pawle Jurkowskim.

Nos Guntherus de Syenyawa iudex necnon Petrus Golambek de Zimnavoda subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris: quomodo ad nostram et aliorum dominorum, protunc in iudicio terrestri Leopoliensi nobiscum residencium, presenciam venientes personaliter nobiles Demetrius Danylowycz heres de Ruda et Procopius Corawa heres de Malechow, non compulsi, non coacti, neque aliquo errore devio seducti, sani mente et corpore existentes ac amicorum suorum maturo freti consilio, coram iure palam recognoverunt, quia divisionem perpetuam et irrevocabilem inter se fecerunt de bonis hereditariis, que ipsis cesserunt post mortem et obitum olim nobilis Pauli Iurkowsky [1]) awunculi ipsorum, modo et condicione tali: quia domino Demetrio Danylowicz divisione perpetua cesserunt ville videlicet Volkow et Cuhayow [2]) cum omni iure, dominio et proprietate, Procopio vero similiter divisione perpetua cesserunt ville Malechow [3]), Clekothow [4]) et Iuschkowcze [5]) cum omni iure, dominio et proprietate. Ad quam divisionem dominus Danylowycz sibi Procopio Corawa ad sortem ipsius centum et sexaginta marcas pecunie communis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, addidit. Que divisio perpetua per ipsos dominos Demetrium et Procopium tenenda, habenda et possidenda perpetue et in evum debet cum omnibus earundem villarum utilitatibus, censibus, fructibus et redditibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, gaiis, virgultis, indaginibus, borris, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, aquis, fluviis, stagnis, paludibus, piscinis et ipsarum demissionibus, molendinis et eorum emolumentis, tabernis, penis, kmethonibus, laboribus, daciis ac obvencionibus generaliter universis, quocunque nomine et vocabulo nuncupentur, ita longe, late et circumferencialiter, prout dicte ville in se et suis metis ac graniciebus sunt distincte et limitate ex antiquoque tente et possesse, per ipsos dominos Demetrium et Procopium quilibet (*sic*) ipsorum suam sortem tenendam, habendam, utifruendam, dandam, donandam, obligandam, vendendam, pacifice et quiete possidendam ac in usus suos suorumque successorum beneplacitos et vo-

luntarios, prout ipsis et ipsorum posteritati melius et utilius videbitur expedire, convertendam. Et debet una pars aliam protegere ab omni persona sexus utriusque iuxta modum terrestrem, precipue vero fatus Procopius Corawa ipsum dominum Demetrium a nobili Anna sorore ipsius Corawa protegere et defendere est obligatus. Si autem non protegeret et ob hoc se in ius terrestre Leopoliense per ipsum Demetrium citare permitteret, extunc in primo termino parere et totam suam causam perdere est obligatus, non evadendo ipsum Demetrinm ullo iure, literis regalibus, bello, expedicione, legacione, prescripcione, colloquio generali, vera aut simplici infirmitate, nec se excipiendo ad districtus alios pro maiori, neque aliqua re excogitata sibi in facto subsidiaria, et quicquid sibi in subsidium recipere vellet, eo toto causam perdere debet. In quo primo termino fatus Demetrius ipsum Corawa in toto suo lucro et dampno, pro quo citaret, condempnare potens erit tanquam in termino peremptorio. Et super hoc Demetrius memoriale posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria sexta in crastino Ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Iohanne de Olesko Castellano Malogostinensi, Sigismundo de Pomorzani Capitaneo Trebowliensi, Paulo de Olesko Succamerario, Andrea de Swyersz Gladifero, Nicolao Carnkowsky Subdapifero, Stanislao Maldrzik Tribuno et Vicecapitaneo Leopoliensibus, Iacobo de Rudancze Tribuno Haliciensi, Petro de Olesko, Stanislao Iariczowski et aliis circa premissa testibus fide dignis.

Oryginał pergaminowy w arch. miasta Lwowa nr. 261. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Leliwa druga podsędka z odciskiem herbu Gryf.

[1]) Porównaj powyżej nr. LIV.
[2]) Wołków i Kuhajów wsie w powiecie lwowskim.
[3]) Malechów wieś w powiecie lwowskim.
[4]) Klekotów wieś w powiecie brodzkim.
[5]) Juszkowce wieś w pow. bóbreckim.

LXXIX.

We Lwowie 4. Marca 1485 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, jako pomiędzy Katarzyną i Zofią rodzonemi siostrami, dziedziczkami z Zubrzy, stanął podział dóbr.

Nos Guntherus de Syenyawa iudex necnon Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris: quomodo ad nostram et aliorum dominorum, protunc in iudicio terrestri Leopoliensi nobiscum residencium, presenciam venientes personaliter nobiles domine Katherina et Zophia, sorores germane heredes de Zubrza, coram iure palam recognoverunt: quia divisionem perpetuam inter se fecerunt, tali modo: quia domine Katherine divisione perpetua cessit curia cum kmethonibus, usque ad kmethonem dictum Lyeknar et deserte eidem Catherine necnon lanei cum medio, et etiam piscina molendini, et pratum penes novam piscinam cum medio molendino et cum media taberna et cum media villa dicta Sichow [1]) et cum earundem medietatum accidencium *(sic)*, et hec cesserunt cum omni iure, dominio et proprietate, et unus ortulanus. Et nobili Zophie cessit kmetho Lyeknar usque ad graniciem dictam Oszwycze [2]) et duo ortulani et medietas taberne cum medietate molendini et cum piscina nova et Zyrawka [3]), et alia piscina deserta nova a Szywycza et quinque lanei cum medio, incipiendo a laneo taberne usque ad laneos ipsius Katherine, qui ad curiam ceduntur, et a granicie ville Zyrawka quatuor lanei cum medio, et prata, que sunt inter eosdem laneos, et cum medio Sichow etiam cum omni iure, dominio et proprietate. Et super hoc per ipsas dominas memorialia sunt posita, que iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria sexta ante dominicam Oculi Mei proxima anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, presentibus ibídem magnifico, generosis et nobilibus dominis Iohanne de Olesko Castellano Malogostinensi, Stanislao Maldrzyk Tribuno et Vicecapitaneo, Petro de Zymnawoda Iudice Castrensibus Leopoliensibus, Iacobo de Rudancze Tribuno Haliciensi, Iohanne Nyesluchowsky, Georgio Zimnowodsky, Iohanne Dawydowsky, Petro Czebrowsky, Iohanne Sandzicz [4]) de Syenyawa et aliis quam pluribus circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w arch. miasta Lwowa nr. 263. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, z których pierwsza sędziego z odciskiem herbu Leliwa, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

[1]) Zubrza, Sichów wsie w powiecie lwowskim.
[2]) Dziś las pod Zubrzą.
[3]) Żyrawka wieś w powiecie lwowskim.
[4]) Pewno sędzic, to jest syn Guntera z Sieniawy.

LXXX.

We Lwowie 4. Marca 1485 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Zofia, córka Jana Zubrzskiego a żona Jana Kunata, sprzedała część swoją dziedziczną we wsi Zubrzy i połowę wsi Sichowa Janowi wójtowi z Sokolnik za 250 grzywien.

Nos Guntherus de Syeniawa iudex necnon Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presentium, quibus expedit, generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presentium noticiam habituris, quomodo ad nostram et aliorum dominorum, protunc in iudicio terrestri nobiscum residencium, presenciam veniens personaliter nobilis Sophya heres de Zubrza, filia olim nobilis Iohannis Zubrzky, consors vero nobilis Iohannis Cunath, non compulsa, non coacta, neque aliquo erore devio seducta, sana mente, corpore existens ac amicorum suorum maturo freta consilio, coram iure libere recognovit, quia sortem suam hereditariam in villa Zubrza in districtu Leopoliensi sita et medietatem ville Sychow [1]) nobili Iohanni advocato in Sokolniky [2]) pro ducentis marcis et quinquaginta marcis pecunie communis monete et numeri Polonicalis consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, perpetue et in evum vendidit cum omni iure, dominio et proprietate, censibus, fructibus, proventibus et redditibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, virgultis, gaiis, indaginibus, rubetis, quercetis, venacionibus, aucupacionibus, pascuis, graminetis et aquis, fluviis, stagnis, paludibus, piscinis et ipsarum demissionibus, piscinulis, molendinis et eorum emolumentis, kmethonibus, laboribus, tabernis, penis, curiis ac obvencionibus generaliter universis, quocumque nomine et vocabulo vocitentur, ita longe, late et circumferencialiter, prout dicta sors in se suis metis, graniciebus est distincta et limitata, nichil iuris dominii et proprietatis in eadem sorte pro se et suis successoribus penitus reservando, per ipsum Iohannem advocatum et suam posteritatem tenendam, habendam, dandam, donandam, obligandam, pacifice et quiete perpetue possidendam, prout sibi melius et utilius videbitur expedire, convertendam, et iam

fata domina Sophia recognovit, quia ab ipso Iohanne pro eadem sorte solucionem totalem recepit et iam sibi in eandem sortem per ministerialem tonsum intromissionem dedit et perpetue admisit. De qua sorte fata domina Sophia se abdixit et silencium perpetuum habere debet cum sua posteritate. In qua vendicione dicte sortis ipsa domina fatum Iohannem et ipsius legitimos successores ab omni persona sexus utriusque iuxta modum terrestrem, prout ad aliquam personam prescripcio terrestris spectat, protegere et tueri est obligata, et super hoc Iohannes memoriale posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria sexta proxima ante dominicam Oculi Mei anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, presentibus magnifico, generosis et nobilibus dominis Iohanne de Olesko Castellano Malogostinensi, Stanislao Maldrzyk Tribuno et Vicecapitaneo, Petro de Zymnavoda Iudice Castrensibus Leopoliensibus, Iacobo de Rudancze Tribuno Haliciensi, Iohanne Niesluchowsky, Georgio Zymnovodsky, Iohanne Dawydowsky, Petro Czebrowsky et aliis quam plurimis testibus ad premissa fide dignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 262. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie pieczęci: jedna Guntera z Sieniawy z herbem Leliwa, druga Jana z Wysokiego z odciskiem herbu Odrowąż, obie na zwyczajnym wosku wyciśnięte.

[1]) Porównaj nr. LXXIX.

[2]) Sokolniki wieś w powiecie lwowskim.

LXXXI.

We Lwowie 18. Sierpnia 1485 r.

Jakób syn Sulisława z Sandomierza notaryusz publiczny wystawia w imieniu lwowskiej rady miejskiej instrument apelacyjny do kuryi rzymskiej lub arcybiskupa gnieźnieńskiego w sprawie z arcybiskupem lwowskim Janem.

In nomine domini amen. Sub anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, indiccione tercia, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocencii pape octavi anno primo, die vero Iovis, decima octava mensis Augusti, hora terciarum, in civitate capitali Leopoli, in terra Russie sita, et in sacristia ecclesie metropolitane eiusdem civitatis Leopoliensis ac diocesis eiusdem, in mei notarii

publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presentia constitutus personaliter circumspectus dominus Iohannes notarius dicte civitatis Leopoliensis, precipuus procurator et nomine procuratorio spectabilium ac famosorum dominorum: proconsulis Petri Lynnar, Stanislai Stano alias Clopar, Nicolai Zarogowsky, Luce Lyndnar, Hilary Petri Tyska, Nicolai Dumzlar, Bartholomei Hanel, Martini Penkacz, Laurencii Kosnar, Iohannis Walach et Nicolai Arnast, residentium et antiquorum consulum ac tocius seu universalis comunitatis civium et suburbanorum seu incolarum territorii eiusdem civitatis Leopoliensis, de cuius procuracionis mandato michi, notario publico infrascripto, sufficienter et ad plenum constabat atque constat, tenens et habens suis in manibus cer-tam cartam papiream, tenorem appellacionis in se continentem eamque animo et intencione appellandi atque interponendi michi notario publico infrascripto ad manus legendam tradidit et dedit huiusmodi sub tenore:

Quod cum appellacionis remedium a sacris canonibus inclitisque patribus non in cassum, sed in relevamen omnium indebite, iniuste ac importune obpressorum, ut hii, qui taliter, ut premittitur, obprimuntur seu gravantur, eiusdem appellacionis remedio possint relevari et ad complementum iusticie debite reimponi, proinde coram vobis hic presentibus et astantibus ac te notario publico tanquam autenticis fidelibusque et ydoneis personis procurator et nomine procuratorio spectabilium ac famosorum dominorum prescriptorum Petri Lynnar proconsulis, Stanislai Clopar, Nicolai Zarogowsky aliorumque omnium consulum, presidencium et antiquorum ac tocius comunitatis civium et incolarum seu suburbanorum civitatis Leopoliensis animo et intencione appellandi atque provocandi, gravi in querela ac lamentabiliter proponit, dicit, allegat, appellat proponendoque, allegando lacrimose deducit, quia licet in iure canonico sit cautum sufficienter et clare: quod nemo hominum sit monendus aut requirendus ad instanciam cuiuscunque actoris, preter quam ex strepitu et figura iudicii pro peccuniis aut rebus iudicialiter condemnatis et adiudicatis per iudicem competentem per partes hinc inde approbatum, nichilominus tamen revendissimus in Christo pater et dominus, dominus Iohannes, Dei gracia Archiepiscopus Leopoliensis, non attento canone et sanctione premissis, nescitur quo ductus spiritu, ut presumitur, quodam obprobrio ductus, quendam processum, si dici meretur, monitorium cum sentencia excomunicationis absque termini prefixione insolitum et ex iure prohibitum contra eosdem dominos consules ac comunitatem totam prefatam ad instanciam sue paternitatis sub titulo et sigillo suis more sue cancellarie decrevit dandum, eundemque processum, monitorium contra eosdem dominos consules et comunitatem Leopoliensem prefatam coniunctim et divisim cuidam domino Georgio, vicario prefate metropolitane ecclessie Leopoliensis, ad exequendum et monendum eosdem sub certis penis ecclesiasticis precepit et mandavit

eosdem requirens, ut infra sex dierum spacium in ipso processu monitorio descriptum spacium effectui eiusdem monicionis realiter et cum effectu paruissent et parerent, alias si secus fecerint sentenciis excomunicacionis in ipso processu contentis ipsis monitis cominando, eosdemque eisdem irretiri et involvi promittendo quamvis iniuste et indebite, tum non ex obligatis, tum non ex condemnatis iudicialiter, nec eciam ex re iudicata, prenominatus dominus Archiepiscopus Leopoliensis premissa faciens in gravem iniuriam, infamiam et damna ineffabilia eorumdem dominorum appellancium, que omnia idem procurator et nomine quorum supra ad animum revocando tunc extimavit et nunc extimat bona fide ad mille florenos Ungaricos auri puri et ponderis iusti, mallentes plus de propriis amittere, quam talia preiudicia iniusta et temeraria ab ipso domino Archiepiscopo pati et sustinere. Tandem vero ipsi domini consules cum comunitate predicta nolentes subire et pati incurabiliter dicti domini Archiepiscopi excomunicationis sentencias, extunc currentibus fatalibus eiusdem monicionis seu requisicionis, ipsis taliter, ut prefertur, facte et quoquomodo subordinate, disposito, cum iurisperitorum consilio et salvis eorum informacionibus a predictis gravaminibus, preiudiciis et requisitionibus contra iuris canonici formam et dispositionem eisdem dominis sic monitis, illatis et incussis ac contra Deum et iusticiam perpetratis seu factis; necnon a predicto reverendissimo domino Archiepiscopo Leopoliensi et ab eius predicto pretenso processu, si dici meretur, monitorio ac sentencia excomunicationis in eo contenta sive descripta ac ab eius tota iurisdiccione eiusque omni officialium ac iudicum autoritate sua commissarios eorumque omnium toto processu tanquam iniquis et iniustis ac incompetentibus eorumdemque omnium et singulorum vexacionibus, turbacionibus, processibus, cittacionibus ceterisque monicionibus seu requisitionibus, sentenciis excomunicationum, aggravacionum, reaggravacionum et superreaggravacionum ac interdicti in eis contincntibus, eciam tanquam iniquis et iniustis, forsan per eundem dominum Archiepiscopum Leopoliensem aut eius officiales seu commissarios contra dictos dominos consules ac communitatem predictam Leopoliensem fulminatis vel fulminandis, datis sive dandis, necnon ab aliis omnibus et singulis gravaminibus et iniuriis illatis vel inferendis, etiam similiter maliciosis et importunis ad sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Innocencium papam octavum modernum eiusque sanctam sedem apostolicam sive curiam Romanam, aut indifferenter ad reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Sbigneum, Dei gracia Archiepiscopum et Primatem eiusque sanctam sedem primaticam et metropolitanam Gnesnensem, in scriptis provocat et appellat appellatosque instanter, instantius, instantissime, si quis sit, qui eos dare velit aut possit, vel saltem a te notario publico literas testimoniales ipsis dominis appellantibus dari petit, subiciens ipsos dominos prescriptos appellantes omnesque ipsis in hac parte adherentes et adherere volentes tuicioni, proteccioni et defensioni prefati sanctissimi domini Innocencii

pape octavi moderni, et reverendissimi domini Sbignei Archiepiscopi et Primatis Gnesnensis eorumque sedum sive katedrarum pontificalium prenarratarum, et protestatur idem procurator ac nomine quorum supra, quod prenominati domini appellantes, hanc eorum appellacionem prosequentur loco et tempore ipsis a iure statutis, eamque insinuabuntur parti adverse et etiam illis, quibus de iure veniet esse insinuanda iuris beneficiis semper salvis, videlicet addendi, minuendi, mutandi, corrigendi, aliamque seu alias appellacionem seu appellaciones interponendi, quociens opus fuerit.

Post cuius quidem appellacionis interpositionem et eius ad manus traditionem idem procurator et nomine quorum supra a me notario publico infrascripto peciit ipsis dominis appellantibus fieri et confici presens publicum instrumentum seu plura pnblica instrumenta necessaria. Acta sunt hec anno, indiccione, pontificatus, mense, die, hora et loco, quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus et famosis viris dominis Clemente arcium baccalaureo, altarista, Wenceslao Almanorum predicatore, Leonardo de... [1]) lectore altaris Petri Nymant, notario publico, Iohanne vicario, Mathia Bar prenominate ecclesie actu presbiteris et Nicolao Mora eiusdem ecclesie servitore testibus circa premissa specialiter petitis et rogatis.

S. N.

Et ego Iacobus Sulislai de Sandomiria, clericus Cracouiensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, quia predictis appellacionis interpositioni, interieccioni et eius ad manus tradicioni aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri, vidi et audivi, ideoque hoc presens publicum instrumentum manu alterius fidelis fideliter scriptum; sed hinc me manu mea propria subscribens, exinde confeci, subscripsi et publicavi, in hancque publicam formam reddegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi rogatus, subarratus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum etc.

Oryginał na pergaminie bez pieczęci dobrze zachowany w archiwum miasta Lwowa nr. 264

[1]) W dokumencie pozostawiona luka na jeden wyraz.

LXXXII.

We Lwowie 21. Października 1485 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, jako Prokop Korawa z Malechowa zeznał przed sądem, iż Mikołajowi ze Żmigrodu, kasztelanowi przemyskiemu, dłużny jest 90 grzywien monety polskiej.

Nos Guntherus de Syenyawa iudex necnon Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presentium noticiam habituris, quomodo, dum in iudicio Regali pro tribunali residebamus, extunc ad nostram et aliorum dominorum, protunc eodem iudicio Regali nobiscum residencium presenciam, veniens personaliter nobilis Procopius Corawa heres de Malechow [1]) coram iudicio Regali libere recognovit, se teneri certi ac veri debiti nonaginta marcas pecunie communis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta et octo grossos computando, magnifico domino Nicolao de Smygrod castellano Premisliensi solvere ad festum sancti Petri Apostoli proxime instantem, si autem non solveret, extunc in crastino termini nonsolucionis debet ei dare intromissionem in medietatem ville sue Malechow et in totam tabernam et piscinam totam molendini cum eius demissionibus et in molendinum ibidem cum eius emolumentis et in medietatem agrorum curiensium alias wzory et pratorum excepta curia cum omni iure, dominio et proprietate, censibus, fructibus, proventibus et redditibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, gaiis, rubetis, quercetis, virgultis, venacionibus, aucupacionibus, indaginibus, aquis, fluviis, stagnis, paludibus, kmethonibus, laboribus, tabernis, penis ac obvencionibus generaliter universis, quocumque nomine et vocabulo nuncupentur, ita longe, late et circumferencialiter, prout dicta miedietas ville est distincta, prout solus eandem medietatem ville dicte, piscine, molendini et taberne tenuit, habuit et possedit, nichil pro se et suis successoribus in eadem medietate dicte ville, piscina, molendino, taberna reservando, et iam ad dandam intromissionem ministerialem super se addidit, quem sibi dominus Castellanus duxerit eligendum, per ipsum dominum Castellanum tenendam, habendam, utifruendam, obligandam et possidendam a die intromissionis usque ad festum sancti Petri immediate sequens et a festo sancti Petri ad aliud et sic ab anno ad annum usque ad plenariam solucionem dictarum nonaginta marcarum, hoc expresso, quod si ad festum sancti

Petri proxime instans nonaginta marcas non solverit, extunc dominus Castellanus potens est inequitare in eandem medietatem dicte ville, piscinam, molendinum et tabernam. Et ipse Procopius ipsum dominum Castellanum ab omni persona sexus utriusque iuxta modum terrestrem, prout ad aliqaam personam prescripcio terrestris spectat, protegere et tueri ac eliberare est obligatus. Si autem non protegeret aut intromissionem non admitteret et ob hoc se in ius terrestre aut castrense Leopoliense citare permitteret, extunc in primo termino parere et totam suam causam perdere est obligatus, non evadendo ipsum dominum Castellanum aut ipsius successores ullo iure, literis regalibus, bello, expedicione, legacione, prescripcione, colloquio generali, vera aut simplici infirmitate, nec se excipiendo ad districtus alios pro maiori neque aliqua re excogitata sibi in facto subsidiaria. Et quicquid sibi in subsidium reciperet, eo toto causam suam perdere debet. In quo primo termino fatus dominus Castellanus ipsum Procopium aut suos successores in toto suo lucro et dampno condempnare potens erit, tanquam in termino peremptorio. Nec etiam eandem piscinam fatus Corawa dimittere debet nec piscari in ipsa usque ad solucionem dictarum nonaginta marcarum. Et super hoc dominus Castellanus memoriale posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli in iure Regali feria sexta ipso die Undecim Milia Virginum anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, presentibus ibidem magnificis, generosis et nobilibus dominis Iacobo de Dambno Castellano et Capitaneo Cracouiensi, Mathia de Bnyn Posnaniensi, Spithkone de Iaroslaw Sandomiriensi et Capitaneo Russie Generali, Iohanne de Pilcza Russie, Iacobo de Buczacz Podoliensi, Dobeslao de Byschow Belzensi Palatinis, Iohanne de Olesko Castellano Malogostinensi, Cleophe de Mlodowycze Tribuno Sniathinensi, Andrea de Swyrsz Gladifero, Nicolao Carnkowsky Subdapifero Leopoliensibus et aliis quam pluribus.

Oryginał pergaminowy w arch. miasta Lwowa nr. 265. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwykłym wosku wyciśnięte pieczęci, pierwsza sędziego z herbem Leliwa, druga podsędka prawie zupełnie zniszczona.

[1]) Porównaj nr. LIV i LXXVIII.

LXXXIII.

We Lwowie 23. Października 1485 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy uznają ważność rozgraniczenia pomiędzy Zimnowodą a Lwowem, dokonanego niegdyś przez komisarzy królewskich: Andrzeja Odrowąża ze Sprowy wojewodę i starostę ruskiego i Jerzego Strumiłę podkomorzego lwowskiego.

Nos Gutherus de Syenyawa iudex necnon Iohannes de Vyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presentium, quibus expedit, generaliter universis tam presentibus quam futuris, presentium notitiam habituris, quomodo, dum in iudicio serenissimi principis et domini, domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lythwanie, Russie Prussieque domini et heredis, domini nostri gratiosissimi, pro tribunali iudicialiter residebamus, ex tunc ad nos et aliorum dominorum, pro tunc eodem iudicio nobiscum residencium, presenciam, quemadmodum nobilis Iohannes Goląmbek heres de Zimnawoda famosos magistrum civium et consules antiquos et modernos ac totam communitatem civitatis Leopoliensis ad presenciam Regie maiestatis pro renovacione alias o ponowyenie y o possypanie granicierum antiquarum inter hereditatem ipsius Zimnawoda ab una parte, et civitatem Leopoliensem ab alia parte citaverat, ac in iudicio Regali occasione granicierum premissarum iudicialiter controversiam cum prefatis civibus Leopoliensibus fecerat, tandem domini ex informacione Regie Maiestatis et dominorum consiliariorum per sentenciam iudicialiter decreverunt, quod nowe granicies inter prefatum Iohannem ex una et eius hereditatem Zimnawoda et civitatem Leopoliensem ex altera partibus ex commissione Regia olim per magnificum dominum Andream Odrowąsz de Sprowa, protunc palatinum et capitaneum terrarum Russie generalem, et generosum Georgium Stromilo, tunc succamerarium Leopoliensem, sipate et facte [1]), debent in suo robore permanere, iuxta literam earundem granicierum, que litera super easdem granicies per eosdem dominos, palatinum et succamerarium, super easdem granicies data, debet habere robur perpetue firmitatis, et ipse Iohannes Zimnowodczski pro eisdem graniciebus silencium perpetuum habere debet. Super quo consules Leopolienses memoriale posuerunt, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli die dominico post Undecim Millia Virginum proxi-

mo anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, presentibus ibidem magnificis, generosis et nobilibus dominis Mathia de Bnyn Posnaniensi et Capitaneo Premisliensi, Spithkone de Iaroslaw Sandomiriensi et Capitaneo Russie Generali, Iohanne de Pilcza Russie, Iacobo de Buczacz Podolie, Dobeslao de Byschow Belzensi Palatinis, Nicolao de Smygrod Premisliensi, Iohanne de Olesko Malogostinensi Castellanis, Nicolao Carnkowsky et aliis quam pluribus circa premissa testibus.

Oryginał pergaminowy w arch. miasta Lwowa nr. 266. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, z których pierwsza sędziego dobrze zachowana z odciskiem herbu Leliwa, druga podsędka prawie zupełnie zniszczona.

[1]) Rozgraniczenie to odbyło się 11. Września 1462 r. Zobacz AGZ VI, str. 71 i 72.

LXXXIV.

We Lwowie 25. Października 1485 r.

Kazimierz Jagiellończyk wydaje rozporządzenie celem ścisłego zachowywania prawa składu lwowskiego przez mieszkańców Rusi i wszelkich innych.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres universis et singulis pallatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis, burgrabiis, terrigenis, nobilibus ceterisque terrarum nostrarum Russie indigenis, presentibus requirentes, cuiuscunque status et condicionis fuerint, sincere et fidelibus dilectis. Magnifici, generosi et nobiles, sincere fidelesque nostri dilecti. Intelleximus ex famosis preconsule et consulibus nostris Leopoliensibus, fidelibus nostris dilectis, quod nonnulli nobiles et plebei, terrarum predictarum indigene, nedum Leopolim venientes, civitates alias non incolentes, panno et rebus aliis venalibus mercari pannumque pretactum non in summis, ut moris est, sed in particulis et staminibus, preter civitatem Leopoliensem ducere in villisque et locis aliis mercanciis insolitis incidere cum iisdemque illinc mercary consueverunt, in depositorii Leopoliensis abrogacionem, civitatis eiusdem destruccionem et proventuum nostrorum diminucionem. Que quidem mercature consuetudo nobis indigna civitatique predicte et depositorio eiusdem preiudicialis visa existit, quam, ut preiudicialem, de nostrorum consiliariorum consilio, hic nobis assidencium, abolendam et abrogandam decrevimus, abolimusque et abrogamus tenore presencium mediante; statuentes, quod nullus de certo terrigenarum ex-

tunc civitatem ipsam et depositorium eiusdem, pannum et res alias venales, cuiuscunque generis aut manieriei fuerint, ducere, vendere, commutare, cambire, pannos incidere et alia negociacionis genera in villis et locis aliis mercanciis non cessis exercere presumat, sub omnium et singularum mercanciarum et rerum venalium ammissione perpetua, fisco nostro applicandarum. Quocirca vobis omnibus et singulis dignitariis et subditis nostris suprascriptis, et presertim Spithkoni de Iaroslaw pallatino Sandomiriensi moderno et pro tempore existentibus capitaneis nostris Leopoliensibus eorundemque vicesgerentibus mandamus, omnimodo habere volentes, quatinus ipsas mercancias pannique et rerum aliarum venalium ducturas, cum preiudicio depositorii nostri Leopoliensis fieri solitas, omnibus nobilibus et villarum incolis prohibeatis, quoslibet secus facientes depositoriumque predictum declinantes arrestaturi, quorum res et merces omnes, velut contemptorum decreti nostri, pro fisco nostro tollere recipereque debeatis, eos duntaxat admissuri pannos in summa ducentes, qui de more mercatorum civilium iuribus civilibus et depositorio predicto satisfacere curant. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Leopoli feria tercia post Undecim Millia Virginum anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo quinto.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Creslai de Curozwanky Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w arch. miasta Lwowa nr. 267. Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta bardzo uszkodzona większa pieczęć królewska.

LXXXV.

We Lwowie 19. Czerwca 1486 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, jako Osanna, wdowa po Piotrze Nymant, we własnem i syna swego Piotra imieniu przekazała Stanisławowi Maldrzykowi z Chodywanic, wojskiemu i podstarościemu lwowskiemu, i żonie jego Małgorzacie, córce Piotra Nymant, jako spadek po rodzicach ostatniej dwie kamienice w mieście Lwowie, folwark położony na przedmieściu lwowskiem i dom w Kamieńcu.

Nos consules civitatis Leopoliensis significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, quomodo in presentia consularis residentie nostre perso-

naliter constituti generosus dominus Stanislaus Maldrzik de Chodywanicze tribunus et vicecapitaneus Leopoliensis et domina Margaretha filia olim domini Petternymant, uxor sua legittima, ipse suo et ipsius domine uxoris sue nominibus, tanquam tutor eius legittimus, sponte et libere recognoverunt, quia ipsis honesta domina Osanna uxor olim prefati domini Petternymant, mater prefate domine Margarethe, per tutorem suum dominum Lucam Lindner, expediendo eos de sorte paternali et maternali de consensu et voluntate Petri filii sui, fratris germani ipsius domine Margarethe, dedit, nominavit et largita est duas domos lapideas, unam videlicet in platea Cracouiensi in acie penes Caspari carnificis domum iacentem et alteram in platea Sutorum inter Mebrot et Nicolai Przexta domos sitam ad mille florenorum taxatas, et predium in suburbio, quod olim dominus Petternymant ab olim domino Iacobo Zindrich in centum marcis habuit, ac domum ipsorum propriam in Camenecz. Que omnia predictus dominus vicecapitaneus cum uxore sua et suis posteris legittimis iure hereditario habebunt et possidebunt ad tempora eviterna. Quocirca prenominatam dominam Osannam et Petrum filium eius de parte paternali et maternali liberos dimiserunt et solutos perpetue et in evum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subimpressum [1]). Datum Leopoli feria secunda ante festum sancti Iohannis Baptiste anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto.

Oryginał pergaminowy w arch. miasta Lwowa nr. 268. Pieczęć oderwana, pozostał tylko po niej pasek pergaminowy.

[1]) *Subimpressum*, mimo to pieczęć zawieszona a nie na pergaminie wyciśnięta.

LXXXVI.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 28. Stycznia 1487 r.

Kazimierz Jagiellończyk w nagrodę za prace i koszta podjęte przy budowie murów około miasta Lwowa odstępuje magistratowi lwowskiemu pobór podatku zwanego cyzą, opłacanego przez mieszczan, na cele fortyfikacyjne.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres recognoscimus presentibus, quomodo attendentes famosorum preconsulis et consulum Leopoliensium, fidelium nostrorum, impensas conatusque et labores circa refor-

macionem civitatis eiusdem et presertim in errectis per eos fossatis et antemuralibus circum civitatem eandem, ipsis exactionem cize Leopoliensis civitatis alias ab incolis duntaxat civitatis eiusdem pro reformacione civitatis exigendam et recipiendam dedimus et concessimus graciose damusque et concedimus presentibus. Tibi venerabili Iohanni Crowyczszky, decano Leopoliensi notarioque nostro et exactori cize eiusdem, mandantes, quatinus preconsulem et consulem (*sic*) predictos ad percepcionem cize ab incolis duntaxat Leopoliensibus admittas, de qua eosdem preconsulem et consules Leopolienses quittamus, tenore presencium mediante. Harum quibus sigillum nostrum est subimpressum testimonio literarum. Datum in convencione Pyothrkouiensi generali dominica proxima ante festum Purificacionis gloriosissime Virginis Marie anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Creslai de Curozwanky Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 271. Na czerwonym wosku wyciśnięta dobrze zachowana większa pieczęć królewska.

LXXXII.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 28. Stycznia 1487 r.

Kazimierz Jagiellończyk zważywszy, że mieszczanie lwowscy uwolnieni od zapłacenia dwurazowego podatku celem odbudowania miasta, powodowani jednakże potrzebą rzeczypospolitej podatek ten zapłacili, pozwala im na następne dwa lata, po upływie poprzedniego uwolnienia ściągnąć podatek ten na odbudowanie miasta.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presentium, quibus expedit, universis, quomodo, licet superiori tempore famosos proconsulem et consules Leopolienses propter reformacionem civitatis eiusdem a solucione exactionum nostrarum sub certis condicionibus libertaverimus, tamen, quia, non obstante libertatione nostra huiusmodi et in preiudicium eiusdem, exposcente Reipublice neccessitate perdificili, bis exaccionem ipsam ex eisdem recepimus,

itaque respectum nostrum recensentes, quo permoti eramus ad dandam ipsis libertatem ab exaccionibus predictis, tum recompensam exaccionis sic, ut premittitur, bis ab eis sub libertate concessa extorte, binas exactiones nostras per ipsos cives nobis primum et immediate post expiracionem libertatis prime debendas, eisdem proconsuli et consulibus Leopoliensibus dedimus et contulimus gratiose, damusque et conferimus tenore presencium mediante per ipsos pro reformanda civitate recipiendis. De quibus duabus exaccionibus quittamus eos presentibus, vobis omnibus et singulis dignitariis et officialibus, notariis, exactoribus et quibuslibet subditis nostris mandantes, quatinus cives nostros ipsos circa percepcionem duarum exaccionum predictarum modo, quo supra, habendam impedire non debeatis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappenssum (*sic*) testimonio litterarum. Datum in Convencione Pyothrcouiensi generali dominica ante festum Purificationis beatissime Virginis Marie anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo septimo.

Creslaus cancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Creslai de Curozwyanki Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy dobrze zachowany znajduje się w archiwum miasta Lwowa pod nr. 270. Na pasku pergaminowym zawieszona jest większa pieczęć królewska, wyciśnięta na czerwonym wosku. Na odwrotnej stronie znajduje się napis: *Rta* (*Registrata*).

LXXXVIII.

W Żydaczowie 7. Maja 1487 r.

Feliks z Paniewa, kasztelan lwowski i starosta żydaczowski, załatwia w myśl uchwały powziętej przez radzców królewskich spór pomiędzy Janem Dzieduszyckim a Juchnonem Nagwazdanem z Stankowa o 63 grzywien, które ten ostatni miał zapisane na wsi Lekczynie należącej do Jana Dzieduszyckiego.

Acta sunt in Zydaczow feria secunda in vigilia natalis sancti Stanislai anno domini millesimo quadringentessimo octuagessimo septimo, presentibus generoso et nobilibus Guntierzo de Syenyawa camerario Leopoliensi, Michaele Wierzansky, Demetrio Chodorowsky, Iohanne Sorawynsky, Barthonio wicecapitano Zydaczouiensi, Iuchnone Theyscha-

rowsky, Andree de Czirnieyow, aliis quam pluribus ad premissa fidedignis testibus. Quomodo Iuchno Nagwazdan de Stankow cittavit nobilem Iaczkonem de Dyedossicze pro sexaginta tribus marcis, quas habuit inscriptas super villa dicta Lechczin [1]) et stans ipse Iaczko Dyedossiczsky reproduxit literam satisfactionis sub sigillis iudicis et subiudicis Styborii et Iohannis de Wyssoke, et dominus Felix de Panyewo, castellanus Leopoliensis et capitaneus Zydaczouiensis [2]), exaudita eadem litera, per se nichil decernere voluit, sed ad convencionem Wysnensem ad dominos regni Polonie consiliarios interrogandos literam eandem recepit et ibidem dominos interrogavit et ibi in eadem convencione domini regni Polonie consiliarii decreverunt, ut si litera ipsius Iaczkonis Dyedossiczsky cum libro terrestri Zydaczouiensi concordata fuerit, extunc eadem litera robur perpetue firmitatis obtinebit et sic ipse dominus Felix, castellanus Leopoliensis et capitaneus Zydaczouiensis, terminum et diem eisdem presentibus assignavit, quando termini particulares proximi in Zydaczow celebrati fuerint, et ad hoc ambe partes consenserunt et si vero per se personaliter non paruerint, extunc in filios eorum consenserunt, ut decisionem eiusdem cause filii ipsorum attemptarent ac si ipsimet, et ibidem ad iudicium terrestre Zydaczouiense per dominos suprascriptos celebratum venientes filii ipsorum cum ipsorum procuratoriis, in primis nobilis Georgius de Stankow, filius nobilis Iuchni de eadem Stankow, et item parte ab altera nobilis Michael de Dyedossicze, filius eiusdem Iaczkonis de Dyedossicze, reproduxerunt parte ab altera procuratoria sua et quilibet eorum procuratoriis credebat et ibi in iudicio terrestri litera ipsius Iaczkonis Diedossyczsky lecta est et cum libro terrestri concordata est, et tunc iuxta decretum dominorum regni Polonie consiliariorum, quod in convencione Wysnensi decreverunt, dominus Felix de Panyewo, castellanus Leopoliensis et capitaneus Zydaczouiensis, per suum wicecapitaneum nomine Barthon adiudicavit nobili Iaczkony Dyedossiczsky ewasionem et ipse nobilis Iuchno Nagwazdan cum sua posteritate debet habere silencium perpetuum pro eisdem sexaginta tribus marcis. Super quod ipse nobilis Michael, filius ipsius nobilis Iaczkonis Dyedossiczsky, memoriale suum posuit, quod iudicium recepit.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 272. Na pasku pergaminowym zawieszona na zwyczajnym wosku wyciśnięta pieczęć sygnetowa z herbem Paniewskiego Godziemba.

[1]) Disiaj Leszczyn wieś w powiecie bóbreckim.

[2]) W szeregu dostojników Rusi nie był dotąd znany Felix z Paniewa kasztelan lwowski.

LXXXIX.

Na zamku bełzkim 7. Marca 1488 r.

Królewicz Jan Olbracht załatwia spór handlowy pomiędzy mieszkańcami miasta Lwowa z jednej, a Żydami lwowskimi z drugiej strony.

In nomine domini amen. Iohannes Albertus Dei gracia serenissimi principis et domini, domini Kazimiri eadem gracia Regis Polonie etc. natus significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quemadmodum ex commissione, propter eam causam specialiter nobis facta a serenissimo domino nostro et genitore carissimo, vocatis ad nos consulibus Leopoliensibus et Iudeis indigènis eiusdem civitatis, ut cum iuribus suis coram nobis se presentarent pro finali decisione controversie inter ipsos agitate super cesura et negociacione panni ad ulnas auditisque prius partis utriusque allegacionibus, deinde ecciam inspectis et examinatis litteris et privilegiis eorum, cum consules per privilegium incorporacionis illius civitatis et districtus in regnum et regni civitates ostenderent, quod ipsi debent esse et frui eodem iure, quo sunt et fruuntur alie civitates in regno capitales, que Iudeis incolis earum minime permittunt talem panni ad ulnas negociacionem et cesuram, Iudei vero nichil aliud afferrent, quam privilegium continens ius, quo admissi sunt in regnum et quo agitare et iudicari debent sine aliqua mencione et concessione faciente ad eorum propositum in tali causa et controversia et tantummodo per consuetudinem, quam consules non admittebant, esse servatam, vellent infringere ius scriptum et privilegia, quibus universum ius regni continetur, auctoritate nobis concessa in ea re, ut supra, determinavimus et decrevimus, quantum pertinet ad vendicionem panni ulnatim, quod Iudei, qui in Leopoli morantur, non debent esse et frui alio iure vel licencia, quam sint et fruantur illi Iudei, qui Cracouie aut Poznanie aut Sandomirie commorantur, cum presertim consules ipsi per litteras patentes licet in papiro scriptas, demonstrarent serenissimi domini nostri et genitoris nostri carissimi eandem esse mentem et voluntatem in ea controversia et pannicidie sint ubique privilegiate et ad fiscum regium pertineant. Actum in castro Belzensi, presentibus reverendo in Christo patre et domino Mathia Episcopo Cameneczensi et Nominato ad Chelmensem ecclesiam ac magnifico Venceslao de Nyeborow Castellano Belzensi et generosis Petro Balyczsky Magistro Coquine curie nostre et Derslao de Huhnow aliisque pluribus fidelibus et fidedignis, sexta feria proxima

ante dominicam Oculi anno domini millesimo quadringentesimo octoagesimo octavo. In quorum fidem signetum nostrum est subappensum.

Według potwierdzenia Kazimierza Jagiellończyka z dnia 16. kwietnia 1489 r. opisanego poniżej pod tymże dniem i rokiem a nrem XCIV.

XC.

W Rzymie 15. Czerwca 1488 r.

Inocenty VIII na prośbę rajców lwowskich przyznaje im prawo patronatu i prezenty do ołtarza Nawiedzenia N. P. Maryi, który Barnabasz z Negrona uposażył i swe prawo patronatu i prezenty rajcom tegoż miasta przekazał.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam Rei Memoriam. Sincere devotionis affectus, quem dilecti filii consules civitatis Leopoliensis ad nos et Romanam gerunt ecclesiam, promeretur, ut illa eis favorabiliter concedamus, per que ipsis honor cum augumento divini cultus accedere possit et hiis, que propter ea eis concessa fuisse dicuntur, ut firma perpetuo et illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, apostolicis adiicimus muniminis firmitatem. Sane pro parte consulum predictorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim quondam Barnabas de Negrono, laicus Ianuensis, incola dicte civitatis, qui dudum quandam perpetuam capellaniam ad altare Visitationis beate Marie ac sanctorum Iohannis Baptiste, Barnabe Apostoli, Luce Evangeliste, Decem Millium Martirum, Undecim Millium Virginum, Helene, Barbare, Katherine, Agnetis, Dorothee et Margarethe situm ecclesia Leopoliensi, per ordinarium loci erectam, de propriis bonis suis sufficienter dotavit, reservato sibi per ipsum ordinarium, quamdiu viveret, et deinde pro se, successoribus suis iure patronatus et presentandi personam idoneam ad illam, dum eam pro tempore vacare contingeret, provide attendens, quod in partibus illis consanguinei sui non habitabant quodque expediebat pro conservatione dicte capellanie et in illa divini cultus augumento patronos illius in dicta civitate esse, ius patronatus huiusmodi eisdem consulibus sponte et libere donavit et concessit, prout in quibusdam litteris autenticis dicti Barnabe desuper confectis dicitur plenius contineri [1]). Quare pro parte consulum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut donationi et concessioni predictis pro illarum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere aliasque

in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur consules prefatos et eorum singulos a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, concessionem et donationem predictas, ac prout illas concernunt, omnia et singula in dictis litteris contenta auctoritate apostolica tenore presentium approbamus et confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus dicte ecclesie, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, approbationis, confirmationis, communitionis et suppletionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, decimo septimo kalendas Iulii, pontificatus nostri anno quarto.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 273. Zawieszona bula ołowiana Innocentego VIII. na sznurku z kręconego jedwabiu koloru czerwonego i żółtego.

Pod zagiętką po lewej ręce napis: *Ia fiella* i 4 nad tem krzyżyki, pod spodem *S. Cassinus.*

W środku: *Io Baselinus. P. de Bey.... Deomitis.*

Po prawej: *Sollicitavit Ie de Striehatis et exposuit ducatos triginta s. Theobaldi.*

Na zewnętrznej stronie zagiętki w środku *Io. Morenus*; po prawej stronie *B. de Accoltis* tą samą ręką co dokument. Na zewnętrznej stronie *Rta* (*Registrata*).

[1]) Barnabasz de Negrono przekazał rzeczywiście prawo patronatu rajcom 11. Czerwca 1467 r. (zobacz AGZ VI, nr. LXXV), założył zaś ten ołtarz 2. Stycznia 1464 r. (AGZ II nr. XCIX).

XCI.

W Nowem Mieście Korczynie 9. Października 1488 r.

Kazimierz Jagiellończyk pozwala Elżbiecie z Podoszyc, wdowie po Jerzym Strumile kasztelanie lwowskim, założyć i udotować ołtarz.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quamvis ad principes et personas quantumvis excellentes singulos auctoritatis illorum actus literis comendare conveniat, illos tamen, qui pro cultus divini augmento vel fiunt vel futuros, esse constat, et apicibus literarum et sigillorum autenticorum appensione ad eviternam memoriam perhenare roborareque meritorium existit, proinde nos Cazimirus Dei gratia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Cuyawie, Lancicie, magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie ac Culmensis et Elbingensis Pomeranieque dominus et heres etc. significamus tenore presentium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo attendentes generose Elisabeth de Podossyc, relicte generosi et strenui olim Georgii Strumylo castellani Leopoliensis, grate nobis dilecte, ad augendum cultum divinum affectum, quo in remedium salutis et anime sue et ipsius olim mariti sui beneficium ecclesiasticum non curatum seu alias altare fundare dotareque instituit, cuius sui religiosi instituti deliberationisque atque eiusdem olim mariti sui in nos et rempublicam benemeritorum intuitu, censum annum ecclesiasticum perpetuum duodecem marcarum, quadraginta octo grossos marcam in quamlibet computando, in bonis quibuscumque hereditariis ubicumque in regno consistentibus quorumque subditorum nostrorum pro iusta atque consueta pecuniarum seu florenorum summa emendum, comparandum in eoque beneficium ecclesiasticum seu altare fundandum, dotandum ac erigi procurandum, de certa nostra sciencia et prelatorum consiliariorumque, nobiscum hic existentium, consilio admisimus et consensimus, admittimusque et consentimus tenore presentium mediante, per altaristas altaris predicti denuo erigendi possessores pro tempore existentes iuxta inscriptionum in seculari vel spirituali foro faciendarum atque errectionis auctoritate ordinaria fiende continentiam, vim et tenorem habendum, exigendum et percipiendum. Quemquidem censum duodecem marcarum, taliter per ipsam Elisabeth emendum iuri, libertati et emunitati ecclesiasticis ascribimus, adicimus et incorporamus atque auctoritate ordinaria ascribendum, adiciendum et incorporandum admittimus sic, quod pro illius repetitione ad forum spirituale comunis habeatur recursus. Quem etiam ab omni expeditione bellica,

terrestri, generali regni nostri vel particulari, ab omni denique onere, potestate, iurisditione, exactione solutioneque singulari exemendum, excipiendum et liberandum duximus eximimusque, excipimus et liberamus presentibus in ewum, decernentes censum eundem ac libertatès prefatas eiusdem perpetuis temporibus duraturum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est subappensum. Actum in Nova Civitate Korczyn feria quinta proxima post festum sancti Francisci anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo octavo, presentibus ibidem reverendo, magnificio, venerabili et generosis Mathia Episcopo Cameneczensi, Petro de Curozwanky Thezaurario Regni nostri, Vincencio de Przeramb Decano Curzelouiensi et Canonico Craccouiensi, Secretario, Zavissio Roza de Borzysszewicze Succamerario Chelmensi, Petro Baliczski, Marcissio de Choczybowicze Magistro Coquine nostre, curiensibus nostris, et aliis quam pluribus fide dignis ad premissa testibus. Datum per manus venerabilis Creslai de Curozwanky Regni nostri Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Creslaus cancellarius subscripsit.

Relatio venerabilis Creslai de Curozwanky Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 274. Po pieczęci pozostał tylko sznur jedwabny koloru białego i czerwonego.

XCII.

W Krakowie 15. Kwietnia 1489 r.

Kazimierz Jagiellończyk zatwierdza dokonaną przez rajców lwowskich zamianę wsi Łuczan, Nahorzan czyli Piotrowej Góry i Bolszowa w powiecie żydaczowskim położonych a do szpitala św. Ducha należących na wieś Malechów należącą do Dymitra Chodorowskiego.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quamvis celsitudo Regia subditorum suorum votis sese authoritatemque suam e quodam dignitatis virtutisque debito accommodare, atque ea, quae ex illa peterent, pro dignitate rei admittere debeat, communiter eis tamen benigniores, inclinatiores quoque aures ac ex Maiestate sui culminis Regii munimen libertatemque, consensum etiam aeviternum quodam modo obligatius ac generalius praebere consuevit, qui vel pro locis Deo dicatis vel pro egentium personarum

augendo profectum conditioneque eorum meliori facienda, solliciti et operosi fiunt, proinde nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Cuiaviae, Lancicae, magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae ac Culmensis et Elbingensis Pomeraniaeque dominus et heres etc. significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis, praesentibus et futuris, harum notitiam habituris, quomodo dum famosi consules Leopolienses nostri, tanquam oeconomi, tutores et provisores speciales hospitalis ad sanctum Spiritum in civitate Leopoliensi nostra propter conditionem meliorem et profectus augendos maiores hospitalis ipsius villas Luczany, Nahorzany alias Piotrowa hora et Bolszow, in terra Leopoliensi et districtu Zydaczoviensi sitas, ad hospitale praedictum pertinentes, quarum provisioni eo, quod longe situarentur ab Leopoli, intendere non valuerunt commode exindeque incommoditates in villis ipsis, in censibus vero diminutionem saepemumero habuere, cum nobili Demetrio Chodorowski, fideli nostro dilecto, pro villa Malechow [1]) in terra praedicta, districtu vero Leopoliensi, velut propius Leopolim situata, quam villam ipse Demetrius, ad hospitale praedictum pro ipsis villis apud nobilem Ioannem Korawa, eiusdem villae heredem empturus, hospitalique praedicto inscripturus est, perpetuo commutare deliberaverint, et iam in effectu commutationem per modum fori concluserunt, ipsi tandem consules nomine tutorio hospitalis illius suppliciter nos habuerunt rogatos, quatenus consensum Regium ad eam commutationem praebere dignaremur, quorum supplicibus annuentes petitionibus, nichil magis Regium existimantes, quam pro ecclesiis, vel pro piis operibus authoritatem impartiri Regiam, de certa scientia gratiaque nostra Regia ac praelatorum et consiliariorum consilio hic nobiscum agentium, ad eam ipsam commutationem consensum nostrum Regium dandum et praebendum decrevimus damusque et praebemus praesentibus, sic quod villa ipsa Malechow de cetero ad hospitale illud pertinere, Luczany tandem, Nahorzany alias Piotrowa hora, et Bolszow ad ius terrestre proprietatemque et hereditatem Demetrii illius et successorum suorum transferri debeant, iuxta vim et tenorem inscriptionis super ipsa commutatione in foro terrestri, ad quod villae ipsae pertinent, faciendae. Quam etiam villam Malechow omnesque eiusdem incolas immediate post inscriptionem illam hospitali praedicto ac libertati, iuri et immunitati ecclesiasticis incorporamus, ab omnique expeditione bellica generali et particulari, onere quoque saeculari liberavimus et eximimus, ac realiter liberamus et absolutam facimus, tenore praesentium mediante, in perpetuum, salvis tamen iuribus nostris. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est praesentibus subappensum. Actum Cracoviae feria quarta post dominicam Ramispalmarum anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, praesentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus illustrissimoque principe, dominis Friderico Ecclesiae Cracoviensis Electo Confirmato, nato nostro charissimo, et Andrea Roza Archiepiscopo Theomogensi Praepositoque Lanciciensi, Secretario nostro,

necnon magnifico, venerabilibus et generosis Creslao Cantore et Canonico Cracouiensi, Cancellario, Petro Thesaurario de Kurozwanki et Gregorio de Ludbraniec Scarbimiriensi et sancti Floriani Praeposito, Vicecancellario Regni Nostri, Nicolao de Zmigrod Premisliensi, et Marcissio de Wroczymowice Polanecensi Castellanis ceterisque consiliariis et curiensibus nostris, sincere et fidelibus dilectis. Datum per manus venerabilis Creslai de Kurozwanki Regni Nostri Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relatio eiusdem venerabilis Creslai de Kurozwanki, Regni Poloniae Cancellarii.

Według kopii z XVII wieku znajdującej się w księdze arch. miejsk. lwowskiego nr. 1087, str. 225.

Wsie w dokumencie wymienione zapisał 22. Czerwca 1457 r. Jan Chodorowski z Brzozdowic na szpital lwowski (AGZ V, nr. CLIII). Łuczany jest to wieś w powiecie bóbreckim, która i dzisiaj tak samo się nazywa. Dwie drugie zmieniły swoją nazwę. Wieś w powyższym dokumencie nazwana *Nahorzany alias Piotrowa hora* nazywała się w r. 1457 *Mohylyszcze*, dziś zaś nazywa się *Nahorynie* i leży także w powiecie bóbreckim. Trzecia miejscowość w powyższym dokumencie i w r. 1457 *Bolszow* nazwana jest dzisiejszem miasteczkiem Bołszowce. (Porównaj *Rasp, Beschreibung der Stiftungen des Bürgerspitals St. Lazar* str. 7 i 8). Przypatrzmy się tej zamianie bliżej, aby dojść do tego, czy rajcy lwowscy zrobili dla szpitala korzystny lub niekorzystny interes. Zamienili więc trzy wsie na jedną. Łuczany liczą teraz (t. j. według spisu z r. 1870) 237 mieszkańców i mają morgów niższo-austryackich objętości gruntów ornych 220 większej własności, 299 mniejszej własności; łąk i ogrodów 295 większej własności, 45 mniejszej własności; pastwisk 8 w. wł., 23 mn. wł. Nahorynie liczy według spisu z r. 1870 mieszkańców 167, objętość wsi wynosi według Raspa 234 morgów (dokładniejszych dat nie posiadam, bo w skorowidzu Orzechowskiego wykaz gruntów tej wsi pominięto). Bołszowce są dzisiaj miasteczkiem z ludnością 2362 mieszkańców, grunta orne 752 morg. większ. własn., 942 morg. mniejsz. własn.; łąk i ogrodów 560 morg, większ. własn., 260 morg. mn. własn.; pastwisk 35 morg. w. wł., 72 morg. mn. wł.; lasów 30 morg. większ. własn. — Malechów liczy mieszkańców 507, grunta orne 169 morg. w. własn., 479 morg. mn. własn.; łąk i ogrodów 74 morg. w. wł., 227 morg. mn. wł.; pastwisk 6 morg. w. wł., 65 morg. mn. wł.; lasów 54 morg. w. wł. Gdyby więc kto dzisiaj zrobił taką zamianę, zamieniłby trzy miejscowości liczące 2766 mieszkańców i 3775 morgów gruntów za wieś liczącą 507 mieszkańców i 1074 morgów gruntów, zrobiłby więc interes niżej wszelkiej krytyki. Oczywiście nie możemy sprawy tej osądzać zupełnie z tego stanowiska, bo w r. 1489 musiały się stosunki te przedstawiać znacznie inaczej: Bołszowce nie były wtedy jeszcze miastem lecz wsią, a korzyść blizkości Malechowa, położonego bliziutko Lwowa, znaczyła wtedy pewno jeszcze więcej aniżeli dzisiaj. W każdym razie jednak powiedzieć możemy, że rajcy lwowscy zrobili tutaj interes dla szpitala niekorzystny.

[1]) Porównaj nr. LIV., LXXVIII i LXXXII.

XCIII.

W Krakowie 16. Kwietnia 1489 r.

Kazimierz Jagiellończyk uwalnia miasto Lwów na rok jeden od opłaty wszelkich podatków.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quod quemadmodum antea famosis preconsuli et consulibus Leopoliensibus pro subsistencia ad labores fossatarum et aliarum municionum, per eos pro tutamento civitatis circum civitatem ipsam Leopoliensem inceptarum, libertatem per certos annos in literis nostris, tunc ipsis concessis, descriptos concessimus, illo modo quo perstringunt litere nostre super libertate ipsa date, sic [1]) hactenus quoque ex eis respectibus, ex quibus annis superioribus ipsos a solucione exaccionum nostrarum liberaveramus, videlicet ut liberius sufficienciusque communicioni civitatis intendere fossatasque et opera alia per eos incepta determinare valeant, libertatem unius anni alias pro una vice post expiracionem iam dictarum libertatum ipsis concessarum, ab omnibus et singulis contribucionibus, daciis, exaccionibus et quibusvis solucionibus, tam pro nostra, quam Reipublice necessitatibus laudatis atque constitutis, laudandisque et constituendis, quibuscunque appellentur nominibus, dandam et concedendam duximus graciose damusque et concedimus presentibus. Quo circa vobis omnibus et singulis exactoribus et quibusvis officialibus nostris presentibus requirendo mandamus, omnino habere volentes, quatenus cives ipsos circa presentem libertatem nostram, ad alias priores libertates, quibus derogare nolumus, datam, conservare debeatis, nichil exaccionum solucionumque ipsarum nostrarum ex ipsis exigere ausuri, usque quo vices ipse seu anni libertatum ipsis expiraverint integre. Et aliter facere non ausuri pro gracia nostra. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Cracouie feria quinta post dominicam Palmarum anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo nono.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Creslai de Curozwanky Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 276. Na pasku pergaminowym zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta większa pieczęć królewska. Na odwrotnej stronie współczesną ręką napisane *Rta* (*Registrata*).

[1]) Wyraz sic na podskrobanem miejscu.

XCIV.

W Krakowie 16. Kwietnia 1489 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza rozporządzenie, którem syn jego Jan Olbracht załatwił spór handlowy pomiędzy mieszkańcami miasta Lwowa z jednej a Żydami lwowskimi z drugiej strony.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo, dum famosi consules Leopolienses nostri fideles dilecti, coram constituti, exhibitis originalibus nobis literis decreti per illustrissimum principem dominum Iohannem Albertum, eadem gracia natum nostrum carissimum, inter ipsos consules ac incolas omnes Leopolienses ex una et Iudeos similiter Leopolienses partibus ex altera de speciali commissione nostra facti, in eis ipsis litteris descripti, suppliciter habuerunt nos rogatos, ut eas litteras nati nostri auctoritate Regia ratificare, confirmare et roborare dignaremur, quarum sequitur tenor in hec verba:

Tu następuje dokument wydany przez Jana Olbrachta z dnia 7. Marca 1488 r. wydrukowany w niniejszym tomie nr. LXXXIX a potem potwierdzenie tak brzmi dalej:

Quorumquidem civium supplici rogatu permoti considerantes decretum nati eiusdem nostri e nostro mandato emanasse, eas ipsas litteras, velud officiose obtentas, decrevimus de speciali gracia nostra roborandas et ratificandas roboramusque et ratificamus ac easdem robur muniminis eviterni habere decernimus in perpetuum, tenore presencium mediante. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum. Datum Cracouie feria quinta post dominicam Ramispalmarum proxima anno domini millesimo quadringentesimo octoagesimo nono.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Creslai de Curozwanki Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 275. Na sznurku ukręconym z czerwonego i zielonego jedwabiu zawieszona większa pieczęć królewska, wyciśnięta na czerwonym wosku. Na odwrotnej stronie współczesną ręką napisane *Rta* (*Registrata*). Drugi napis ręką 17. wieku: *Prosze mi przepisac ten dekret ex antiquo charaktere in praesentem.*

XCV.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 7. Grudnia 1490 r.

Kazimierz Jagiellończyk nadaje miastu Lwowu zwolnienie z wszelkich podatków na rok jeden po upływie ostatniej miastu nadanej exempcyi.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quia propter reformacionem fortificacionemque civitatis nostre Leopoliensis, tam in muris, quam in fossatis et antemuralibus per famosos preconsulem et consules civitatis eiusdem, iam dudum inceptam, nunc quoque per eos continuari solitam, pro qua se ipsos pluries depactando summas notabiles cernuntur impendere, volentes eos ipsos cives favore prosequi Regio, ipsis libertatem unius anni post expiracionem libertatis ultimo ipsis concesse futuri, alias ab una exactione una vice non solvenda dandum duximus, damusque presentibus, eximentes eos pro una vice tantum ab omnibus exaccionibus et contribucionibus quibusvis nostris laudatis et laudandis, quas primum nobis post expiracionem prime libertatis soluturi essent. Quocirca vobis omnibus et singulis dignitariis et officialibus nostris, presentibus requirentes, mandamus vobis, omnino habere volentes, quatenus eos circa libertatem ipsam pro una vice tantum conservare debeatis, secus facere non ausuri pro gracia nostra. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum in Convencione Pyotrkouiensi generali feria tercia in vigilia Concepcionis beatissime Virginis Marie anno domini millessimo quadringentesimo nonagesimo.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Creslai de Curozwanky Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 277. Na pasku pergaminowym zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, znacznie uszkodzona większa pieczęć królewska.

XCVI.

(W Pilźnie) 1. Lipca 1491 r.

Marcin z Bogoryi podstoli i sędzia i Mikołaj Sworski z Bedlna podsędek ziemscy sandomirscy poświadczają, że za urzędowania poprzedników ich Piotra Szanczygniewskiego z Pacanowa sędziego i Mikołaja ze Zborzany podsędka ziemskich sandomirskich stanęła na dniu 22. Lutego 1485 r. zamiana gruntów pomiędzy Janem z Mikołajowic a Janem i Bartłomiejem ze Zgłobic.

Martinus de Bogoria subdapifer et iudex et Nicolaus Sworski de Bedlno subiudex terre Sandomiriensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit, universis et singulis, presentibus et futuris, presenciumque noticiam habituris, quomodo tempore antecessorum nostrorum olim generosorum Petri Szanczygnyewsky de Paczanow iudicis et Nicolai de Sborzanya subiudicis terre dicte generalium notam acticatam in actis ipsorum Pylznensibus feria tertia post dominicam Invocavit proxima (*22. Lutego)* anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto invenientes, ipsam sub titulis et sigillis nostris in hunc modum expedire mandavimus, quomodo facta est perpetualis commutacio bonorum hereditariorum inter nobiles Iohannem et [1]) Mykolayewycze heredem et Iohannem et Bartholomeum heredes de Sglobicze in hunc modum, quia nobilis Iohannes de Mykolayewycze terram dedit et perpetualiter commutavit pro terra et hereditatem pro hereditate dando ibidem in Sglobycze [2]), hoc est agrum, quod iacet inter Rzadek et viam magnam, que tendit de Tharnow in Woynycz, commuttando eisdem Iohanni et Bartholomeo cum omni iure et dominio nil excipiendo, prout solus tenuit et habuit, et hoc pro agro taberne ibidem in Sglobicze iacente in rippa fluvii Dvnayecz prope navigium et hoc commutaverunt eidem Iohanni cum omni iure et dominio, nil pro se ipsis et suis posteris reservantes, prout soli tenuerunt et habuerunt, et iam eisdem invicem in prefatam commuttacionem dederunt intromissionem per ministerialem Obura de iure additum, et debent se mutuo tueri et intercedere a qualibet persona iuxta iuris formam, secundum quod ad quam personam pertinet prescripcio. Harum quibus in testimonium litterarum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum expositionis huius litere feria sexta post festum sancti Iohannis Baptiste anno domini millesimo quadringentesimo nona-

gesimo primo, presentibus hiis nobilibus Iohanne de Zakrzow, Georgio de ibidem, Stanislao de Gora, Groth de Przelank et aliis pluribus testibus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w Zakł. nar. im. Ossolińskich pod nrem 583. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, które wraz z paskami zaginęły.

[1]) Powinno być *de* zamiast *et.*
[2]) Zgłobice wieś w powiecie tarnowskim.

XCVII.

W Pilźnie 1. Lipca 1491 r.

Marcin z Bogoryi podstoli i sędzia i Mikołaj Sworski z Bedlna podsędek ziemscy sandomirscy poświadczają z aktów pilźnieńskich, że 24. Kwietnia 1482 r. za czasów ich poprzedników Dobiesława z Chlewisk i Mikołaja Zborzeńskiego Stanisław Czelen ze Zgłobicz przyznał Janowi synowi Bartosza ze Zgłobicz prawo używania drogi prowadzącej przez jego ogród.

Martinus de Bogoria subdapifer et iudex et Nicolaus Sworsky de Bedlno subiudex terre Sandomiriensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit, universis et singulis, presentibus et futuris, nec non presencium noticiam habituris, quomodo tempore antecessorum nostrorum olim generosorum Dobeslai de Chlewyska iudicis et Nicolai de Sborzanya subiudicis terre dicte generalium notam acticatam in actis ipsorum Pylznensibus feria quarta in crastino sancti Georgii (*24. Kwietnia)* anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo invenientes, ipsam sub titulis et sigillis nostris in hunc modum exponere mandavimus, quomodo constitutus personaliter coram iure nobilis Stanislaus Czelen dė Sglobycze sanus mente et corpore existens, non compulsus, sed ex sua libera voluntate publice recognovit, quia nobili Iohanni filio [1]) Barthosii de Sglobycze viam per suum ortum ad ipsius perpetualiter admisit nec sibi eam debet defendere sub pena XV [2]). Harum quibus in testimonium ląterarum sigilla nostra prseentibus sunt appensa. Datum exposicionis huius litere in Pylzno feria sexta post festum sancti Iohannis Baptisste *(sic)* anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, presentibus hiis nobilibus Nicolao de Tulkowycze, Petro de Lukanowycze, Dobeslao de

Lowczow, Barthosio de Vysznowa, Stanislao de Rudno et aliis pluribus testibus fide dignis.

Oryginał pergaminowy dobrze zachowany w bibliotece Ossolińskich nr. 594. Po dwóch pieczęciach pozostały tylko dwa paski pergaminowe, na których pierwotnie wisiały.

[1]) Zamiast *filio* napisał pierwotnie pisarz, widocznie przez pomyłkę, jakiś inny wyraz, zaczynający się od *de...y*, które to litery z pod poprawki przeglądają.

[2]) Po nad piątką znajduje się znak skrócenia.

XCVIII.

W Nowym Sączu 27. Lipca 1491 r.

Burmistrz i rajcy Nowego Sącza wystawiają świadectwo urodzenia i zachowania dla Jana Róży pochodzącego ze Sącza a przenoszącego się do Lwowa.

Universis et singulis, ad quos presentes nostre pervenerunt litere, signanter tamen famosis ac prudentibus dominis prothoconsuli et consulibus totique comunitati famate urbis Leopoliensis, amicis et fautoribus nostris plerumque honorandis nos preconsul et consules civitatis Sandeczensis salutem amicabilem et omnis boni incrementum. Famosi ac providi domini et amici plurimum colendi. Prout racio iuris deposcit suas leges, statuta precipiunt, ut hii, qui in alienis partibus exorti, quorum noticia non habetur, necesse est eis, ut scripta ostendant, ideo nos prefati significamus tenore presencium, quibus nosse opus est, fideliter profitentes et recognoscentes, quomodo, dum in consulatu pleno residebamus, accedens ad nostri presenciam personaliterque constitutus is circumspectus Iohannes Rosa, ostensor presencium, cum amicis suis, fidedignis hominibus, concivibus nostris, supplicaverunt, quatinus sue generacionis et conservacionis ei literas daremus, nos vero perpendentes, quia iusta petentibus non est denegandus assensus, easdem literas sibi scribere iussimus, recognoscentes, quod is providus Iohannes Rosa, in civitate nostra Sandeczensi iuxta ritum sancte matris ecclesie, legittime coniugato thoro honesto ac legittimo, honestis ex parentibus extat progenitus, genitore Iohanne Rosa, Martha vero genitrice eius originem trahens in civitate nostra Sandeczensi famamque laudabilem, probam et honestam conversacionem ac conservacionem, in omnibus a minimo ad maximum duxit honesteque se, aput nos conservavit; de quo nulla nota infamie, imo omne bonum laudabile et honestum tem-

poribus, quibus nobiscum commansit, et in exteris partibus, prout audita percepimus, prorsus innotuit. Supplicamus igitur vestras famositates ac prudencias omni ex affectu, quatinus sepetactum Iohannem Rosa, presencium exhibitorem, in gremium et congregacionem vicinitatemque vestre famate urbis Leopoliensis dignemini benigniter assummere favorose susceptumque favoribus consiliis et auxiliis, intuitu presencium nostrarum sueque bone ac honeste fame prosequi graciosis. In licitis autem et honestis maioribus et similibus volumus erga vestras famositates ac prudencias dante Domino promereri, amiciciasque vestrum cuilibet grate paratissimi facere studebimus reciprocas. In horum fidem et testimonium sigilli nostri officii consulatus evidens impensio *(sic)* perhibet presens scriptum. Datum in Nowa Sandecz feria quarta post festum sancti Iacobi apostoli proxima anno salutis millesimo CCCC° nonagesimo primo.

Acta Officii consularis Leopol. T. I ex a. 1491 pag. 604. Nr. 1689.

XCIX.

Na sejmie walnym piotrkowskim 8. Lutego 1493 r.

Jan Olbracht uwalnia miasto Lwów od wszelkich publicznych ciężarów na lat cztery, licząc od wygaśnięcia poprzednio im przez ś. p. króla Kazimierza nadanego uwolnienia.

Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo habentes in prospectu fidem et fidelia servicia famosorum proconsulis consulumque ac tocius comunitatis civitatis nostre Leopoliensis, quibus se nobis comendatos reddiderunt, attendentes eciam eorum sumptus et impensas, quas pro tutela et conservacione terre illius in edificanda et munienda civitate predicta in vallibus ac muro faciunt, horum itaque racionem habere volentes, ut tanto liberius et securius laborem predictum et munícionem civitatis ipsius continuare et prosequi valeant, utque tempore felicis nostri regiminis ad pingwiorem venire valeant condicionem, ipsis, ab expiracione prioris libertatis per olim serenissimum dominum Kazimirum Regem Polonie etc., genitorem nostrum carissimum, illis concesse, quatuor annos libertatis continue et immediate se sequentes a solucione omnium exactionum et daciarum nostrarum Regalium, ad que de iure vel racione publici subsidii cum civitatibus et opidis Regni nostri obligarentur, necnon a podvodis,

expedicione bellica et censuum ex domibus debitorum, alias iuxta effectum prioris libertatis per olim serenissimum parentem nostrum illis concesse dedimus et concessimus, damusque et concedimus tenore presencium mediante. Quo circa vobis capitaneo civitatis nostre predicte Leopoliensis et exactoribus nostris, pro tempore existentibus, mandamus, omnino habere volentes, quatinus predictos cives nostros iuxta priorem libertatem et presentem, illis per nos concessam, plenarie conservetis et conservari faciatis, sub gracia nostra aliter non facturi. Datum in Convencione Pyothrkowiensi generali feria sexta infra Octavas Purificacionis beatissime Virginis Marie anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio.

G Vicecancellarius subscripsit.

Relatio venerabilis Gregorii de Ludbrancz Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 278, na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta mniejsza pieczęć króla Jana Olbrachta.

C.

Na sejmie walnym piotrkowskim 14. Lutego 1493 r.

Jan Olbracht zatwierdza wszelkie prawa i przywileje wszystkich mieszkańców królestwa polskiego w ogóle a ziemi lwowskiej w szczególe.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Splendor, venustas et omnis honor Regie et cuiuslibet ducalis excellencie eo potissimum ordine elucescere conspicitur, dum sinceritatis, pure fidei, assercionis et benivolencie subditorum suorum muniunt iura quoque et privilegia, quibus plebium equitas ac omnium dubiorum vires moderari consueverunt, ex plenitudine potestatis sue novi roboris munimine ratificat, innovat et confirmat perhenniter, proinde nos Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, supremus dux Lithuanie, Russie, Prussie ac Culmensis et Elbingensis Pomeranieque dominus et heres etc. significamus tenore

presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo divino numine prelatorumque, baronum et universorum Regni nostri regnicolarum favore comuni atque concordi ad regnandum in hoc inclito nostro Polonie Regno primum electi, tandem sacro culminis Regii diademate coronati existentes, in penetralibus pectoris nostri Regii revolventes, nichil magis Regium esse quam gratia et favores meritis dignos munificenciis compensare Regalibus, ad idque lucubraciones ac solicitudines nostras impendere Regias, quo singuli subditorum nostrorum in iure, iusticia, moribus, consuetudine et libertatibus comunibus iustis et laudabilibus, a divis olim predecessoribus nostris Regibus et ducibus Polonię usque ad presencia felicis nostri regiminis tempora liberaliter concessis, tentis et observatis, non solum conservari, verum eciam comunis eorum status augeri, favor quoque ipse et affectus unanimis (nobis pollicitus tam in eleccione, quam coronacione felici nostra per universos eosdem regnicolas) [1]) prebitus per nos auctoritate, benignitate et munificencia Regiis reddi possit non per errorem aut improvide vel indeliberate, sed de certa sciencia innataque nobis benignitate, virtute, favore et deliberacione Regiis nostris omnia et singula spiritualia, secularia, localia, personalia, civilia et municipalia, nova et antiqua iura, privilegia, munimenta, libertates, prerogativas, inscripciones, donaciones, immunitates, statuta, observaciones et consuetudines in genere aut specie, in publico aut privato Regno nostro Polonie omnibusque et singulis terris ac Regni et terrarum et presertim terre Leopoliensis incolis spiritualibus et secularibus, nobilibus et ignobilibus cuiuslibet status, sexus et condicionis, nunc et in futurum existentibus, per nos ac serenissimos illustrissimosque principes, Reges et duces Regni Polonie, specialiter vero per olim celebris memorie Kazimirum, Lodvicum, Vladislaum avum, Wladislaum Polonie et Hungarie Regem patruum et Kazimirum genitorem nostrum (cuius paterno Regioque solio immediate successimus feliciter) [2]) aliosque Reges et principes predecessores nostros, in diversis locis et conventibus ac in conventionibus et sine convencionibus deliberata, conclusa, generalibusque aut specialibus literis, privilegiis et inscripcionibus descripta et confirmata, universaque alia sub quocumque privilegiorum, literarum et inscripcionum genere ordineque comuniter aut divisim, iuste et legittime data, concessa, scripta ac ab eis emanata, quorum et quarum tenores, articulos et effectum proinde esse et valere volumus et statuimus, ut presentibus nostris originaliter ac de verbo ad verbum inserti essent, in omnibus ipsorum ipsarumque punctis, condicionibus et articulis innovandum, ratificandum, roborandum, approbandum, gratificandum et presentis muniminis Regii nostri perpetui patrocinio confirmandum duximus, ac innovamus, ratificamus, roboramus, approbamus, gratificamus et confirmamus tenore presencium mediante in perpetuum, promittentes illas et illa ac quodlibet illorum illarumque in omnibus predictis eorum et earum modis, posicionibus, descripcionibus, punctis et condicionibus firmiter, inconcusse et inviolabiliter

tenere, habere et observare tuerique, haberi et observari facere temporibus eviternis duraturum, tenore presencium mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in Convencione Pyothrkouiensi Generali feria quinta ipso die festi sancti Valentini anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio, presentibus ibidem illustrissimo principe reverendissimisque et reverendis in Christo patribus, dominis, magnificis, venerabilibus, generosis, strenuis et nobilibus Frederico Electo Confirmato Cracouiensi, Andrea Rosa Archiepiscopo Theomoniensi et Coadiutore Leopoliensi, Petro Vladislauiensi, Vriele Poznaniensi, Mathia Chelmensi Episcopis; Nicolao Primus Przemisliensis, Petro Camineczensis Postulatis Ecclesiarum; Iohanne Amor de Tarnow Castellano, Spithkone de Iaroslaw Palatino Cracouiensibus, Iohanne Swidva Calisiensi, Nicolao de Cuthno Lanciciensi et Capitaneo Maioris Polonie Generali, Iohanne de Opporow Brestensi, Mathia de Sluszow Iuniwladislauiensi, Iohanne de Pylcza Russie Generali, Dobeslao de Curozwanky Lublinensi, Andrea de Coslow Rawensi Pallatinis; Iohanne de Ostrorog Poznaniensi Castellano, Creslao Decano et Canonico Cathedrali et Preposito sancti Michaelis in Castro Cracouiensi, Cancellario, Petro Thesaurario et Capitaneo Cracouiensi de Curozwanky, Gregorio de Ludbrancz Skarbimiriensis et Sancti Floriani Preposito Ecclesiarum, Vicecancellario Regni nostri; Andrea de Schamotuli Calisiensi, Sandvogio de Czarnkow Gnesnensi, Nicolao de Curozwanky Siradiensi, Andrea de Vroczynyn Lanciciensi, Andrea de Olesznycza Sandeczensi, Andrea de Thanczyn Voyniczensi, Nicolao de Ostrow Byeczensi, Stanislao de Schydlovyecz Radomiensi, Ambrosio Pampowsky Rosperiensi, Dobrogostio de Ostrorog Myedzyrzeczensi, Stanislao Kmytha de Vysnycze Premisliensi, Slawyecz de Nyemyglow Castellano et Capitaneo Sochaczouiensi, Iohanne de Przythyk Zarnowiensi, Petro Myszkowsky Vyelunensi, Alberto Gorsky Landensi, Andrea de Zaxyn Brzezniensi, Andrea de Cuthno Gostinensi, Nicolao Gardzina de Ludbrancz Spiczimiriensi, Iohanne de Prussi Rawensi, Iohanne Sokolowsky de Vrzancza Santoczensi, Iohanne de Oleszko Malogostensi, Mathya Slupsky Naklensi, Iohanne Supiensky Przemaczensi et Iudice Calissiensi, Paulo de Sborzana Czechowiensi, Martino de Wroczimouicze Polanaczensi, Iohanne Szamowsky Conariensi Castellanis; Iohanne de Tarnow Vexillifero Cracouiensi, Petro Kmytha Sandeczensi et Scepusii Capitaneo, Andrea de Vysznycze Subpincerna Cracouiensi; Sbigneo de Thanczin Cracouiensi, Capitaneo Callisiensi, Raphaele de Leszno Curie nostre Marschalko, Iohanne Vaschek Siradiensi, Iohanne Vosznyczky Lanciciensi, Floriano Szichlinsky Brestensi, Thoma Sadkowsky Rawensi Succamerariis; Iaroslao de Lassko Tribuno Siradiensi, Petro de Opalenycza Poznaniensi, Martino de Skothnyky Sandomiriensi, Petro de Bachczicze Siradiensi, Floriano de Gay Lanciciensi, Nicolao de Sczavin Costinensi, Vyeruss Vyelunensi, Petro Firley de Dambrovycza Lublinensi, Iudicibus; ceterisque prelatis, baronibus, curiensibus, proceribus et subditis nostris ad premissa testibus

sincere, devote et fidelibus nostris dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Creslai de Curozwanky Regni nostri Cancellarii sincere nobis dilecti.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relacio prefati venerabilis Creslai de Curozwanky Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 279., na sznurze skręconym z jedwabiu białego, żółtego, czarnego i niebieskiego zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, większa pieczęć króla Jana Olbrachta.

[1]) Nawias znajduje się w oryginale.

[2]) Nawias w oryginale.

CI.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 22. Lutego 1493 r.

Jan Olbracht wynagradzając wierność mieszczan pilźnieńskich, jaką mu po śmierci ojca okazali, zatwierdza wszystkie przywileje kiedykolwiek miastu temu nadane.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Culminis Regii proprium (*est div*)ersorum subiectionem sibi virtute fidelitateque attributam munificencia Regia revendere, quodque ob eorum decreverit intuitum, literis perhennibus perpetuum efficere, proinde nos Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Cuyauie, Lancicie, supremus dux Litwanie, Russie, Prussie ac Culmensis et Elbingensis, Pomeranieque dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo attendentes singularem egregiamque virtutem et animi constanciam famosorum preconsulis, consulum ac universorum civitatis Pylznensis incolarum, hac presertim tempestate Regni nostri per mortem diwi olim parentis nostri vacantis [cuius s(*oli fel*)ices ac immediati sumus successores] [1]) in nos exhibitam, qui sicut Maiestati olim paterne fideles esse consweverant, sic, eo morte absumpto, sacre provisionis Regie non minus fideles ac subiecti esse cupientes, neminem alium quam nosmet omni desiderio et affectu usque ad nostri

ellectionem, coronacionemque prosp . . . . . [2]) visi sunt postulasse, propter quod nos tante eorundem virtutis et fidei indicium memorabile ac perpetuum efficere perpetuaque munificencia Regia ipsos ac civitatem predictām complecti cupientes, de certa sciencia et innata nobis benignitate Regia ipsis omnes et singulas libertates, prerogativas, privilegia, indulta, donaciones, literas et munimenta civitati predicte per serenissimos illustrissimosque predecessores nostros, Reges et principes Regni Polonie sub quibuscunque modis, condicionibus et tenoribus, quasquidem hic habere volumus pro insertis, iuste tamen, racionabiliter et legitime concessas et concessa, in omnibus punctis et articulis roborandas, confirmandas, ratificandas et gratificandas, ac roboranda, confirmanda, ratificanda et gratificanda duximus et decrevimus, roboramusque, ratificamus, gratificamus et confirmamus tenore presencium mediante; decernentes illas et illa vere, perpetue, indubie et inviolabilis firmitatis robur obtinere in evum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Actum in Convencione Pyothrkoviensi Generali feria sexta ante dominicam Invocavit anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio, presentibus ibidem illustrissimo principe, reverendissimis et reverendis in Christo patribus necnon magnificis, *(venerabil)*ibus, generosis, strennuis et nobilibus Frederico Ellecto Confirmato Cracouiensi, Andrea Rosa Archiepiscopo Theomiensi et Coadiutore Leopoliensi, Petro Wladislauiensi, Vriele Posnaniensi, Mathia Chelmensi Episcopis, Nicolao Primus Przemisliensis, Petro Camenecensis Postulatis Ecclesiarum; Iohanne Amor de Tharnow Castellano, Spithkone de Iaroslaw Pallatino Cracouiensibus; Iohanne Switdwa Callisiensi, Nicolao de Cuthno Lanciciensi et Capitaneo Maioris Polonie Generali, Iohanne de Opporow Brzestensi, Mathia de Sluzow Iuniwladislaviensi, Iohanne de Pylcza Russie Generali, Dobeslao de Curozwanki Lublinensi, Andrea de Cosslow Ravensi Pallatinis; Iohanne de Ostrorog Castellano Poznaniensi, Creslao Decano et Canonico Cathedralis et sancti Michaelis Preposito Ecclesiarum, Cancellario, Petro Thesaurario et Capitaneo Cracouiensi Generali de Curozwanki, Gregorio de Ludbrancz Scarbimiriensis et sancti Floriani Preposito Ecclesiarum, Viccecancellarii (*sic*) Regni nostri; Andrea de Samotuli Callisiensi, Sandwogio de Czarnkow Gnesnensi, Nicolao de Curozwanki Siradiensi, Andrea de Wroczynin Lanciciensi, Andrea de Olesnycza Sandecensi, Andrea de Thenczin Woynycensi, Nicolao de Ostrow Byecensi, Stanislao Schidlowiecz Radomiensi, Ambrosio Pampowszki Rosperiensi, Dobrogostio de Ostrow Myedzerzecensi, Stanislao Kmytha de Wysnycze Przemisliensi, Slawiecz de Niemyglow Castellano et Capitaneo Sochaczoviensi, Iohanne de Przythyk Zarnoviensi, Petro Miszkowski Wyelunensi, Alberto Gorszki Landensi, Martino de Wroczimowicze Polanacensi Castellanis; Petro de Wysnycze Sandecensi et S*(cepusii)* Capitaneo, Iaroslao de Lassko Tribuno Minori Siradiensi, Raphaele de Lesczno Curie Nostre Marsalco, Martino Scothnyczki Sandomiriensi, Petro de Bachczicze Siradiensi Iudicibus, ceterisque prelatis, baronibus, curiensibus,

proceribus et subditis nostris ad premissa testibus, sincere devote et fidelibus nostris dilectis. Datum per manus eiusdem Creslai de Curozwanki, Regni nostri Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Creslaus Cancellarius Regni subscripsit.

Relatio prefati venerabilis Creslai de Curozwanki Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w zbiorze dokum. zakł. nar. im. Ossol. nr. 780. Pieczęć ze sznurem oderwana.

[1]) Klamra w oryginale.

[2]) Kilka liter wydartych.

CII.

Na sejmie walnym piotrkowskim 26. Lutego 1493 r.

Jan Olbracht poświadcza, że nałożony na sejmie na ziemię lwowską podatek pochodzi jedynie z dobrej woli a nie z obowiązku mieszkańców.

Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo post felicem nostram ad gubernacionem Regni Polonie sublimacionem prelati, barones universique proceres, animadvertentes reditus nostros Regales admodum esse extenuatos et inpignoratos, pro nostro honesto et felici statu Regnique defensione ex benevolencia, quam erga nos gerunt, nobis certas dacias, videlicet quartam partem censuum ex censibus propriis, item de quolibet cmetonum laneo fertonem, et exaccionem civilem ac vasorum contribucionem ad presens dutaxat (*sic*) duraturas, eciam libertatibus suis, quas predecessores nostri eis concesserunt et per nos eis confirmate sunt, pro hac duntaxat vice sponte et ex mera liberalitate recedentes, nobis de terris nostris singulis, presertim etiam de terra et districtu Leopoliensi, concesserunt et donaverunt, nos itaque non mediocri gratitudine liberalitatem ipsorum acceptantes, providendo, ne ipsi pro hoc affectu, quem contra nos habent, in posterum aliqua sequela ad prefatas dacias cogerentur et gravari possent, promittimus nostro verbo Regio ipsas dacias per hanc sequelam ab huius terre Leopoliensis incolis non exigere, recognoscimusque ipsas

nobis sponte et ex liberalitate et non ex debito concessas et donatas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Convencione Generali Pyotrkowiensi feria tercia post dominicam Invocavit proxima anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Creslai de Curozwanki Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 280, na pasku pergaminowym zawieszona, na wosku czerwonym wyciśnięta, większa pieczęć króla Jana Olbrachta.

CIII.

W Proszowicach 28. Lutego 1494 r.

Mikołaj Strasz z Białaczowa sędzia i Jan młodszy z Biechowa podsędek ziemscy krakowscy potwierdzają, że za życia podsędka Jana z Większej Modlnicy Jan z Baszowa zabezpieczył żonie swej Beacie, córce Mikołaja Piwka z Obuchowa, 70 grzywien wiana i 70 grzywien posagu na Banszowie.

Nos Nicolaus Strasch de Byalaczov iudex et Iohannes iunior de Byechow subiudex terre Cracouiensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, quomodo vivente olim in humanis generoso Iohanne de Maiori Modlnicza subiudice predicte terre Cracouiensis generali tunc veniens personaliter nobilis Iohannes de Baschow sanus mente et corpore existens, non compulsus, nec coactus, sed de ipsius spontanea voluntate publice recognovit, quia septuaginta dotis et septuaginta dotalitii marcas pecuniarum comunis numeri Polonicalis consueti in et super tota medietate partis sue in Banschowa [1]) nunc habitorum, et ex post habendorum ubicunque nobili Beathe filie olim Nicolai Pywko de Obuchovo, uxori sue care, in totum dedit, donavit, dotavit et iudicando iudicialiter assignavit, per ipsam dominam Beatham dictam medietatem bonorum cum omni iure et toto dominio, utilitatibus, fructibus, censibus, laboribus, incolis, areis, domibus, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, gaiis, rubetis, indaginibus, sareptis, aquis, fluviis, fluminibus, piscinis, piscariis, ortis, ortulanys, thabernis, molendinis, curiis, prediis, acervis, allodiis, peccoribus, peccudibus, seminetis omnibus hiemalibus et estivalibus suppelectilique

tota domestica et universis ac singulis pertinentiis, quibuscunque dicantur nominibus, ad dictam medietatem bonorum quomodolibet pertinentibus, nichil penitus excludendo, tenendum, habendum, utifruendum et iuxta consuetudinem aliorum dotum et dotalitiorum diutius in Regno Polonie observatorum possidendum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum in Proschowice feria sexta post dominicam Reminiscere proxima anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, presentibus ibidem nobilibus Iacobo de Konari, Iohanne de ibidem, Nicolao de Zagorzany, Nicolao de Wylkowisko, Iohanne Kmitha de Gorka, Nicolao de Gnonyk heredibus et aliis quam pluribus fide dignis ad premissa.

Dokument oryginalny na pergaminie w bibliot. zakładu im. Ossolińskich. Pieczęci i pasków brak.

[1]) *Banschowa*, *Baschowa* tak się piszą u Długosza dwie majętności w pobliżu Pacanowa, z których jedna *Beszowa* właściwie zwana jest własnością klasztorną, druga *Baschowa episcopalis alias Zborów* należy do biskupów krakowskich. *Długosz Liber Benefic.* II, 387, 404 i 436; III, 380. 421, 422, 424, 453 i 454.

CIV.

W Krakowie 30. Maja 1494 r.

Jan Olbracht pozwala Elżbiecie z Podoszyc, wdowie po Jerzym Strumile z Dymoszyna, kasztelanie lwowskim, przeznaczyć łaźnię jej we Lwowie zwaną Ormiańską na beneficyum kościoła metropolitalnego lwowskiego.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Consuetudine celebri velud sanccione comuni approbatum existit, ut actus regii, perpetue concessionis vim habituri, literarum apicibus et sigillorum appensione autenticorum perhennentur posterorumque memorie comendentur, proinde nos Iohannes Albertus Dei gratia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Cuyawie, Lancicie, supremus dux Litwanie, Russie, Prussie ac Culmensis et Elbingensis Pomeranieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo consideratys generose Elizabeth de Podossyc, generosi olim Georgii Stru-

mylo de Dmossyn castellani Leopoliensis relicte, pie devocionis ardorem et affectum ad cultum divinum augendum sibi de certa sciencia deliberacioneque nostra balneum Armenorum in suburbio civitatis Leopoliensis, foris muros civitatis retro ecclesiam beatissime Virginis Marie situm, cum domibus, ortis et areis ad balneum illud ex antiquo pertinentibus, simul cum balneo ipso teneri et haberi solitis emendi atque illud cum eisdem domibus et ortis pro beneficio seu beneficiis ecclesiasticis in ecclesia metropolitana Leopoliensi eiusdem beatissime Virginis Marie auctoritate ordinaria erigendis, dandi, donandi et incorporandi concessimus et admisimus concedimusque et admittimus, presentibus decernentes, balneum, domos, ortos et areas predictas iuxta vim donacionis privilegii balnei predicti per presbiterum vel presbiteros, quibus ipsa Elizabeth per se aut per executores testamenti sui legittimos balneum, domos, ortos et areas predictas donandum duxerit, tenendum, habendum, possidendum et utifruendum pacifice in ewum. Admittentes balneum, domos, ortos et areas predictas iuri, libertati, iurisdictioni et immunitati ecclesiasticis annecti, adiungi et inviscerari, sic quod pro repeticione censuum et proventuum, ex eo ipso balneo, domibus, ortis et areis proveniencium, ad forum iudicii spiritualis ordinarii recursus habeatur in futurum eviterne, salvis tamen censibus nostris consuetis, ex eodem balneo, domibus, ortis et areis nobis seu alias pro castro nostro Leopoliensi annuatim solvi solitis [1]). In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus subappensum. Actum Cracouie feria sexta post festum Sacratissimi Corporis Christi anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, Regni vero nostri anno secundo, presentibus ibidem illustrissimo principe reverendissimisque in Christo patribus dominis Frederico divina miseracione tituli Sancte Lucie in Septem Soliis Presbitero Cardinali, Archiepiscopo Gneznensi, Episcopo Cracouiensi, et Andrea Rosa Archiepiscopo Leopoliensi, ac magnificis, venerabilibus et generosis Iohanne Amor de Tharnow Castellano, Spithkone de Iaroslaw Cracouiensi, Dobeslao de Curozwanky Lublinensi Pallatinis; Nicolao de Curozwanky Siradiensi, Ambrosio Pampowsky Rosperiensi et Iohanne de Przythyk Zarnouiensi Castellanis; Creslao Gneznensis et Cracouiensis Decano Ecclesiarum, Cancellario, Petro Thesaurario et Capitaneo Generali Cracouiensi de Curozwanky, Petro Kmytha de Wyssnycze Marsalco, Gregorio de Ludbrancz Preposito Scarbimiriensi, Vicecancellario Regni nostri aliisque quam pluribus consiliariis et curiensibus nostris ad premissa testibus, sincere, devote et fidelibus dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Creslai de Curozwanky Regni nostri Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relatio prefati venerabilis Creslai de Curozwanky Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 281, na sznurku skręconym z jedwabiu czerwonego i białego zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, większa pieczęć króla Jana Olbrachta.

[1]) Porównaj nr. XCI podobne pozwolenie udzielone tej samej Eźlbiecie przez króla Kazimierza Jagiellończyka 9. Października 1488 r.

CV.

W Nowem Mieście 25. Września 1494 r.

Jan Olbracht ze względu na pożar, który niedawno nawiedził Lwów, uwalnia tych mieszczan lwowskich, którzy od pożaru ucierpieli, na lat 15, innych zaś na lat 10 od opłaty wszelkich podatków.

Iohannes Albertus Dei gratia Rex Polonie, suppremus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quia attentis damnis et impensis famosorum civium et incolarum civitatis nostre Leopoliensis, que novissime ex ignis infausto incendio in rebus et structurarum ac turrium propugnaculorumque et parcaneorum edificiis sunt perpessi [1]), quorum damnis, ut tenemur, compaciendo, ipsis civibus nostris et incolis Leopoliensibus damna passis quindecim annos, aliis vero damna non passis, qui tocius civitatis prefate Leopoliensis interim onera portant et intercedunt, ut eo diligencius reformacioni dicte civitatis nostre Leopoliensis et parcaneorum intendant, decem annos libertatis, continue et immediate se sequentes, ab exaccione civili, noviter instituta, et ab aliis exaccionibus, contribucionibus et solucionibus omnibus, durante prefata eorum libertate, pro nostra aut Reipublice necessitate qualibet laudandis et instituendis, dedimus et concessimus, damusque et concedimus, tenore presencium mediante. Quamquidem libertatem ad decursum annorum prefatorum ipsis tenere volumus. Vobis eciam omnibus et singulis palatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis, exactoribus et quibuslibet officialibus nostris committimus et mandamus, omnino habere volentes, quatinus eos iuxta nostram presentem libertatem, per nos eis concessam, conservetis et conservari ac teneri faciatis debeatisque gracie nostre sub obtentu. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Nowe Myastho feria quinta

proxima post festum sancti Mathei apostoli et ewangeliste anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, Regni vero nostri anno tercio.

G Vicecancellarius subscripsit.

Relatio venerabilis Gregorii de Ludbrancz Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 282, na pasku pergaminowym zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, mniejsza pieczęć króla Jana Olbrachta.

[1]) Pożar ten miał miejsce według Zubrzyckiego (Kron. m. Lwowa 126 str.) dnia 5. Sierpnia 1494 roku.

CVI.

W Dunajowie 8. Maja 1495 r.

Andrzej Róża arcybiskup lwowski potwierdza erekcyę służby bożej przy ołtarzu Narodzenia N. P. M. i św. Stanisława męczennika, wzniesionym w katedrze lwowskiej przez Annę z Buczacza dziedziczkę Litwinowa, żonę Dersława z Hownowa, kasztelana bełzkiego.

(I)N NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI AMEN. Nos Andreas Rosa Dei gratia sancte eclesie metropolitane Leopoliensis archiepiscopus ad perpetuam rei memoriam significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, tam presentibus, quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo magnifica domina Anna de Buczacz, heres unica et legittima de Lithvinow, coniux magnifici domini Derslai de Hownow castellani Belsensis, coram nobis personaliter constituta, revolvens in animo doctrinam beati Pauli apostoli salutarem, quod omnes stabimus ante tribunal Iesu Christi pro meritis, prout gessimus in corpore, sive bonum fuerit, sive malum, recepturi, cupiens igitur eum diem bonis et misericordie operibus prevenire, ac spe firma eternorum premiorum plantare in terris, quod prestante domino cum fructu multiplici colligeret in celis desideransque ex animo felici commercio terrena in celestia et transitoria in eterna permutare, animo bene deliberato, salubri amicorum freta consilio, de libera voluntate et expresso consensu prefati domini Derslai castellani, mariti sui, coram nobis prestitis suorum progenitorum desiderio et ordinacioni satisfaciens: altare sive capellaniam in eclesia

nostra metropolitana Leopoliensi, et in capella prima, in corpore eiusdem eclesie partis sinistre, in honorem Dei omnipotentis et beatissime Nativitatis Virginis Marie ac sub titulo et patrocinio beati Stanislai martiris et pontificis gloriosi edificata, fundata, erecta et dedicata de et in bonis suis hereditariis paternis infrascriptis pro sustentatione rectoris altaris eiusdem, pro tempore existentis, perpetuo in locum certe pecunie, videlicet quadringentarum triginta marcarum pro fundatione et erectione beneficii eclesiastici in eadem capella per olim magnificum Michaelem de Buczacz palatinum Podolie deposite et tandem per olim dominum Iohannem de eadem Buczacz, filium prefati olim Michaelis, et patrem domine Anne predicte, tanquam fratrem seniorem et tutorem aliorum suorum fratrum iuniorum videlicet Iacobi moderni palatini Podolie, ac Anne et Zuzanne filiarum olim domini Petri, expresso consensu ditavit et dotavit, domino Deo ea in sacrificium laudis offerendo pro cuiusdam altaris dote et fundo ac rectoris, ut prefertur, pro tempore existentis, sustentationem. Ipsa domina Anna viginti marcas communis pecunie in regno et terris Russie comuniter currentis, quadraginta octo grossos marcam in quamlibet computando, in et super piscinis maioribus, in opidis et villis suis hereditariis Lithvinow, Rudniky [1]), Brzozowicza [2]) et Ostrow [3]) existentibus, et earum demissionibus, seu quibuscunque laxacionibus vel depiscacionibus etiam post earum rupturas alias Zlowkow annis singulis et continuis per eam ac heredes et dominos opidorum et villarum huiusmodi solvendas, ita tamen, quod eedem piscine debebunt ordinarie et successive annis singulis, et nunquam simul plures demitti seu expiscari, ut annis continuis eedem viginti marce eidem altari obvenirent et solverentur, dedit, donavit et perpetuo cum omni iure et toto dominio de consensu sacre Regie Maiestatis, per suas patentes litteras habito et concesso, assignavit et demonstravit per ipsum altare sive capellaniam et eius rectorem pro tempore existentem habendas, tenendas, exigendas ac perpetuis temporibus possidendas, seque et suos successores et dictorum bonorum, in quibus eedem piscine consistent, possessores seu tenutarios eidem altari et eius rectori pro tempore prefatas viginti marcas reddendas, dandas et temporibus perpetuis, annis singulis pro festo sancti Martini eppiscopi *(sic)* et confessoris sub penis, sentenciis et censuris omnibus ecclesiasticis integraliter persolvendas, inscripsit et obligavit, astrinxitque etiam in casu, quo absit contingeret aliquam piscinam ruptam, demissam vel expiscatam negligentia possessoris oppidi vel ville alicuius predictarum piscinarum desertari vel non restaurari tempestive, quominus demissio piscine secundum eundem ordinem prescriptum demissionis piscinarum sequi posset, eo tunc nichilominus possessor ville et piscine totiens, quotiens demissio piscine in suo vero ordine fieri non posset, ad earum viginti marcarum solucionem realem tenebitur et erit astrictus modo et ordine suprascriptis, ac ut dicta sua dotacio et donacio obtineret robur perpetue firmitatis, eadem domina Anna suo et successorum suorum nominibus petivit instanter proven-

